TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0646**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

SPOR. IO:
ADVER.
IN R. FOR

646

De Josepho Sporeno

Gio. Franc. Palladio P. II. p. 177, all'anno 1556.
Giuseppe Sporeno Udinese Poeta celebre di quei tempi e curioso indagatore delle cose antiche del Friuli.

JOSEPHI SPORENI
Adversaria
Autographa
ad
Forojulien. maxime Historiam
pertinentia

Lazius de rep. Romana.

Altinum oppidum est in limite Istri fluminis. Lazius cap. 2. li. 3. et 28. Limitanea (add.) civitates, quae in ripis fluminum limitaneorum compositae praesidia [illegible] continebant, ubi erant limites [illegible]. Sunt limitaneae civitates recensendae. Tauto [illegible] Bononia, Acumincum, Legio, [illegible] Pistrasse, [illegible] Statua Colossea, Altinum, Aquincum

[illegible] significat Marchiam orientalem, est a destriore [illegible] lingua Francica oriental [illegible] occidentem. Lazius cap. [illegible] 24. Austria pagus Ostericho appellatur. Lazius cap. VI. li. XII. 3

[illegible] Alba Julia in Xenodochio [illegible]

I. O. M.
[illegible] AVIANO ET DIIS DEABVSQ. PRO
SALVTE VICTORIS DOMINI N. SANTIS.
[illegible] NVS AVG. LIB. SVB PROC.
[illegible] ARVM V. S. M.

Aquileiae habitabat Praepositus Thesauroru per Italiam. Lazius cap. XI. l. 21.

Aquileiae degebat unus ex procuratoribus monetae [illegible] cap. XIII. l. 2.

Aquileia in Venetia inferiori est: et in [illegible] Procurator [illegible] degebat, hoc est, qui [illegible] curabat: Lazius cap. XIII. l. 2.

Aquileia optimas habuit aurifodinas. Lazius [illegible] l. 2. ex autoritate Strabo. IIII [illegible]

Nediti vocabantur milites ii ante constitutos [illegible] qui ad militiam vocabantur, post [illegible] imperii nominabantur tyrones. [illegible] cap. III l. 4

[illegible] significat [illegible] leg. infra [illegible]

Ex com. Lazij. de rep. Romana.

Angaria significat laborem per uices datas
militibus in contubernio. Veget. cap. 19. l. 2.
quotidianas (inquit) etiam in pace uigilias
item excubitum, siue Angarias de diuersis
centurijs, et contubernijs, qua uicissim [illegible]
faciunt. ~~Item cap. VIII. l. 3. à castris~~
~~diminutiuo uocabulo sunt nuncupata~~
~~intra quae in angarijs aliquanti pedites~~
~~equitesque degentes tutum iter commeantibus~~
Item cap. XXII. si uero (inquit) ad uigilias, siue
angarias faciendas, siue ad opus aliquod, uel
ad decursionem campi exeunt milites, tubicine
uocante operantur, et rursus tubicine admo-
nente cessant. Angaria quoque significat man-
sionem in itineribus, quibus uiros Romani à la-
trocinijs tutas praestabant. Veget. cap. VIII. l.
à castris (ait) diminutiuo uocabulo nuncupata
castella, intra quae in angarijs aliqui pedites
equitesque degentes tutum iter commeantibus prae-
stant. Item eodem libro cap. 26. In bello qui
plus in angarijs uigilauerit, plusque in exercen-
do milite laborauerit, minus periculum susti-
nebit. Lazius cap. XI. l. 4. qui ait forte
castella extructa fuisse labore huiusmodi mili-
tis uicissitudinario. Angaria dicuntur à Iurecon.
munera, quae in opere personarum uersantur.
l. neminem. c. de sacrosanc. eccl. et l. hac nostra
c. de praepos. sacri cubiculi libro XII. apud Persas
Angari uocantur baiuli, et nuncij, unde multi
opinantur Persicam uocem Angariam esse.

AVILIUS uir Romanus fuit. lege infra
in litera H. ubi haec dictio incipit. Hora
nomini schola.

Adrianus, et Bonosus C. [illegible] (cuiatis fuerint [illegible]
[illegible] Spartianus in Adriano [illegible], inquit) [illegible]
[illegible] Adriani [illegible] Picentibus [illegible] ab Hispaniensibus [illegible]

Ex com. Lazij de rep. Romana.

manat. Vergisaur in Bonosa. Bonosus (inquit) homo Hispaniensis fuit. origine Britannus, matre Galla. Lazius cap. IIII. l. V.

carnulo

AEMONA urbs, quae hodie Labacum dicitur, sicut patet hac inscriptione, quam Lazius cap. XII. l. 4. describit.

M. TITIO M. F. CL. BARBIO TITIANO
DECVRIONI AEMONAE LEG. II.
ADIVTRI. ITEM LEG. X. FRETENS.
HASTATO IN COH. LEG. II. TRAIAN.
EX CORNICVLAR. PR. PR. LARGIA
VERA F. PIISSIMO L. D. D. D.

idem cap. 9. l. V. idem cap. 17. l. V.

Aquilam auream pro insigni habuit Iouia Legio, quae in Norico ripensi excubauit, unde coniectura est insignia Austriae supra Aquilam auream in clypeo nigro hinc primum defluxisse. de cohorte Iouia Claud. de bello Gildonico ait.

— Iouiamque cohortem
Rex ducit Superum, premitur nec signifer ullo
Pondere festinant adeo uexilla moueri.

Lazius cap. V. l. V. et scotur in libro [illegible]

Eruos Caesar militibus dationem confecto bello esse pollicitus, ut Appia. Alex. in bello ciuili ait de legione X. loquens. Hanc igitur (solus, inquit) ab exercitu meo exiuio dabo aut quaecumque uobis pollicitus sum. ~~dabo insuper agros~~ cum e Lybia rediero. dabo insuper agros cum bella confecta fuerint. Lazius cap 17. l. V. cerni Tac. l. XX. Praetoriani (inquit) militiam repetebant a Vitellio dimissi pro Vespasiano congregati, et lectus in eandem spem e legionibus miles promissa stipendia flagitabat. Spernit oblatos agros militiam, et stipendia orant. [illegible] cap. 9. l. VI.

Caes. 3. Pharsa. Caesar [illegible] dabuntur

Ex com. Lazij de rep. Romana.

ATINIUS uir fuit Romanus, quod Lazius ostendit hac inscriptione Romae inuenta, uti cap. XVII. l. V. ait.

M. ATINIO AF. F. PAL. PATERNO SCRIBAE
AEDIL. CURUL. HON. USUS AB IMP. EQUO
PUBL. HONOR. PRAEF. COH. II. BRACAR.
AUGUSTAN. TRIB. MIL. LEG. X. FRETEN.
A. D. TRAIANO IN EXPEDITIONE
PARTHICA DONIS DONAT. PRAEF. ALAE
VII. PHRIG. CUR. KAL. FABRATERNOR.
HONOR. ATINIA. A. F. FAUSTINA
PATRI. OPTIMO.

AQUILEIAM legiones Moesicae, ac Pannonicae fuerunt ingressae. Corn. Tac. l. XVIII. enumeratque legiones a Vespasiano con) Vitellium excitas. Nec Praetoriani, tantum (inquit) propius attinere milites, sed praemissi e Moesia eandem obstinationem aduentantis exercitus legiones Aquileiam ingressas nunciabant.

AUSTRIAE fit mentio in quodam Monumento inuico Reburgi prope Tergestum, ego aut Asturiae legendum puto, quia ibi meminit de Hispania, et Calaicis. monumentum hoc est a Lazio cap. primo l. VI. descriptum.

Q. PETRONIUS C. F. PUB. MODESTUS
P. P. [illegible]IS LEG. XII. FLAM. ET LEG. I ADIV.
VIC. TRIB. MIL. COH. V. PR. PR. D. NERVAE
ET IMP. CAES. NERVAE TRAIANI AUG.
GERM. PROVIN. HISPANIAE CITER. AUSTRIAE
ET CALEICAR. FLAMEN D. CLAUDII. D. D.
IDEMQ. DEDICAVIT.

Ex com. Lazij de rep. Romana

CASSIANA fuit una ex turmis Equitum exercitus Romani Caesaris VI. belli ciuilis. Caesar (inquit) ob uirtutem turmae Cassianae donauit millia tredecim, et Praefecto torques aureos duos, et leui armaturae millia decem. Lazius cap. 2. l. VI.

ARRABONA ciuitas est Vngariae; Raba hodie nuncupatur. Lazius cap. 4. l. 6.

AMBIDRABVS uir fuit Romanus, quod ex hac inscriptione patet in quodam sacello apud Villachum Carinthiae insculpta.

ENICO REDSATI F. ET BANANA
VENINA F. VXOR V. V. F. AMBI-
DRABO F. EQVITI AVXILIARIO A. XX.
H. EST.

Lazius cap. 4. l. VI. fol. 758.

ARMA A Festus, Pompeius ab armis, hoc est, humeris dicta putat. Varro dicit ab arcendo. Lazius cap. XV. L. VIII.

ALBANA uilla prope urbem Romam fuit, ubi quinquatria solemnia in honorem Minervae celebrabantur per dies quinque a cal. Martijs. Tranq. in Domitiano. Celebrata, inquit, et in Albano quotannis quinquatria Minervae, cui collegium instituerat. Statius 4. Syluarum

Lux mihi Romanae qualis sub collibus Albae,
Cum modo Germanas acies, modo Daca sonantem
Proelia, Palladio tua me manus induit auro.
Mart. Haec tibi Palladiae seu collibus uteris Albae
Caesar, et hinc Triuia prospicis, inde Themim.
in eis enim oratores ac poetae certabant. Lazius cap. X l. X.

Ex Lazio de rep. Romana.

AGON ludus, ac solemnitas fuit in Herculis honorem instituta, unde Heracleos, seu Heracleoticus fuit nuncupata. Agon sacer proprie dicebatur in quo hi, qui aliquid miraculi ostendissent, à Graecis dicatur. unde

AGONAS. Christianorum primi martyrum certamina dixerunt. Aulus Gel. cap. XVIII. l. X. noc. Attic. Agonis sacri initium videtur Artemisiae Mausoli regis Cariae ascribere. molita siquidem marito defuncto est sepulchrum tantae adeo magnitudinis, ut inter miracula septem orbis annumeratum sit. id eo dijs manibus dicasset. Artemisia Agona, hoc est, certamen laudibus eius dicundis fecisse, ac praemia proposuisse. ad decantandas eius laudes venisse primi omnium Theopompum, Theodectem Naucratitem, ac Isocratem. Sed vicisse Theopompum Isocratis discipu. extareque, ac se vidisse Gellius testatur Theodecti tragoediam, quae inscribitur Mausolus, in qua eum magis quam in prosa placuisse Hyginus in exemplis refert. ab Agone hoc Romani dixere diem

AGONALEM. qui erat quintus Iduum Januarij. Ovid. 3. Fastorum de hoc die sic canit.

Justiterint imbres missi tibi nubibus atris,
Nona signa dabunt exoriente Lyra.
Quatuor adde dies ductis ex ordine Nonis,
Janus Agonali luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctus causa minister,
Hostia caelitibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper agatne, rogat, nec nisi iussus agit.
Pars quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
Nomen Agonalem credit habere diem.

AGONES hinc à Romanis patet dictos, qui percutis victimas ante immolationem. Lazius cap. XI. l.

ANNIVERSARIA pro defunctis veteres celebrabant, ut ex his inscriptionibus, quae Ravennae sunt, patet.

OB MEMORIAM PATRIS SVI DEC. VII. COLLEGII FABR. M. R. 4958. N. LIBERALITATE DONAVIT SVB HAC CONDITIONE, VT QVOTANNIS ROSAS AD MONVMENTVM ~~DEFERANT~~ EIVS DEFERANT, ET IBI EPVLENTVR DVNDAXAT IN V. ID. IVL. QVOD SI NEGLEXERINT, TVNC AD VIII. EIVSDEM COLLEGII PERTINERE DEBEBIT CONDITIONE SVPRADICTA.

P. CORNELIA ANNIA, NE IN DESOLATA ORBITATE SVPERVIVEREM MISERA. VIVAM ME VLTRO IN HANC ARCAM CVM VIRO DEF. INCOMPARABILI AMORE DIL. DAMNATAM DEDO. CVM QVO VIXI AN. XX. SINE VLLA DO. LIB. LIBERTABVSQ. NO. VT QVOT. ANN. SVPER ARCAM NOVAM PLVTONI ET VXORI PROSERPINAE, OMNIBVS QVAE SACRIFICENT, ROSISQ. EXORNENT DE RELIQVO IBI EPVLENTVR DO. D. D. M. DA FACIVNDVM DELEGA. VALE. VITA.

AQVILEIA colonia ex Latio deducta est à P. Scipione Nasica, C. Flaminio, et L. Manlio Acidino, eo anno, quo Mutina, et Parma ex urbe sunt deductae. Lazius cap. 2. l. XII

AREA locus sine aedificio in urbe dicitur.

AGER extra muros. Lazius cap. VI. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

ALSA ueteris Galliae fluuius est. Laz
cap. I. sect. 2. l. XII. ab eo, inquit, loc
item recedentes in Gallia ueteris arua,
multorum qui in his finibus sunt riuorum
confluentes, uidebimus concordiae ueteris
ruinas in monte Rodersperge Troianorum
Tribonorum, in circuitu Hellum, D. Ma
terni à mortuis reuocatione celebratum
in Hello, Elecbeum, siue Heluetum, in Elec
hoc est Alsa fluuio haud procul à Selest
dio, quod olim Eltestadium nominabatur
ARGENTVARIAM.

AVAM germanice nemus pratum significat
unde multis ciuitatibus hac uox indita est
quales sunt Marcodaua, Utidaua, Argidaua
et Singidaua. Lazius cap. 5. sect. 2. l. XII

ALTINVM ciuitas est Pannoniae infe
rioris, quae Tolna hodie dicitur à barba
ris, quasi contractis syllabis, ut Lazius
per syncopen cap. IX. l. XII. his uerbis ait. Porrò de
Altinio coniecturam nostram nō modo uocis
ostendere similitudines soluunt, hoc est Altin
Latina, et barbara Tolna, uerum etiam
ista approbare uidetur in annalibus Unga
ricis historia, qua Attila Hunnorum regis
historia Romanorum Gothorumque uictoria
aduersus Romanos describitur. et rursus, Iam uideo, inquit,
exercitum rediisse ad Imperatorem, quam
constantinopoli fuisse, qui hanc historiam
antecedunt, facile docebunt, ut plane nullum
dubium sit Tolnam ea in historia, nō Augustam
nuncupari, quod Tulnam dicimus; sed ea Panno
niae inferioris ciuitatem esse intelligendam
quam hodie Ungari eius prouinciae incolae, et per syncop

AQVILEIAE Patriarchae, Domini à Montebreio cranium habitantes, ~~conservantur~~ altero viginti armatos, quod feuda quadā ab illa sede habebant. Lazius cap. ... sect. V. l. XII.

ANASSVM Lazius cap. III. sect. V. l. XII. tradit esse urbem Illyricae, quam Jornandes in Gothorum historia Naissum vocat. Videns inquit, ~~Theodoricus~~ Theodemyr, undique sibi prospera evenire, Naissum primam urbem Illyriae invadit. et ait Lazius id congruere iisdem his verbis. quae, inquit, non intelligi possunt de loco aliquo in ulterioribus Pannoniae, sed potius Istriam versus, et Foroiulium. testantur haec Plinii verba. Sequitur decima Regio Italiae Adriatico mari apposita Venetia. cuius fluvius Silis ex montibus Tarvisanis. oppidum Altinum. flumen Liquentia ex montibus Opitergiis, et portus eodem nomine. Colonia Concordia, flumina, et portus Romatinum. Tiliaventum maius, minusque. Anassum, quo Varamus defluit. igitur in Istria vicinia Anassum fuerit, necesse est. et mihi cum finium loca vetustiora consideranti occurrit prope Rudolfswerda oppidulum, seu villa potius cum castro, quod incolae à Vendibus antiquo nomine burgi ALTENBURGUM vocant.

AEMONA civitas fuit inter Labacum oppidum, quod Lubianā hodie vocant, alpesque. incolae Iggium vulgo dicunt. Pola fluvius non procul ex Albio monte, quem Cranensem hodie vocant descendit. Jornandes Polliam vocat. et in Pannoniis collocat. Herodia. l. VIII. Aemonam esse Italiae urbem attestatur. Lazius cap. VII. sect. V. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

AQVILEIAE Maximinus Trax cum filio interfectus est. Quintilius post mortem Claudij secundi Imperatoris a senatu Caesar declaratur, deinde se Valentiniano imparem cognoscit, venas sibi soluit. Constantius Caesar a Constantino fratre apud Aquileiam occisus est, qui in Alsam proiectus. Theodosius Caesar Maximum tyrannum apud Aquileiam obtruncauit. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII.

AQVILEIAE D. Marcus evangelium suum scripsit, quod adhuc in ecclesia Romana legitur. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII.

AQVILEIENSIBVS Senatus Romanus hanc epistolam scripsit, dum Tacitus Imperator ab ipso senatu fuisset creatus.

SENATVS amplissimus Aquileiensibus S. D. Ut estis liberi, et semper fuistis, laetari vos credimus. creandi Principis ius ad Senatum redijt. Flau. Vopiscus hanc epistolam in Floriano Caesare exarauit. Lazius cap. VIII. sect. V l. XII.

AQVILEIENSIS ecclesia secundum in dignitate ecclesiastica locum obtinuit. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII.

AQVILEIAE ditiores, antequam Attila eam caperet, Venetias migrarunt. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

ARTENA Foroiulij oppidum est. Lazius cap. primo sect. VI. l. XII. inter Glemona, inquit, et Tricentu Artena uisitur, unde comites nomenclaturam usurparunt, qui Uelachiae cursus concesserunt in Noricum, constructoque castro à gentilicio stirpis nomine comites ab Artenburgo dicti fuere, potentissimi quondam inter Carnorum satrapas, et Regulos, quorum hodie posteri in Bauaria sunt ad extremam paupertatem redacti. Et infra. Ceterum, inquit, quantum memoria repetere licuit, primum huius nobilis, et antiquae stirpis reperio Sigeardum, qui frater fuit Arduici archiepiscopi Magdaburgensis anno dni 1100. Is reliquit ex Rocarda coniuge duos filios, Engelbertum Marchionem Crainburgensem, ac Istriae, à quo orti Carinthiae, qui successerunt, et Palatini Crainburgenses in Bauaria descenderunt, et Hermanum Comitem Arteniae, à quo comites Artenburgenses Carinthiae primitiue generis repetunt.

Aquileiae monumentum.

AMARANTIUS uir fuit Romanus, sicuti hac inscriptione patet, quam Lazius Aquileiae ponit: cap. VIII. sect. V. l. XII.

M. MAGIVS M. L. AMARANTIVS
IIIIIVIR. ET MAGIA M. F. VERA
MAGIA M. L. ILIAS AEDEM SI
GNAVIT III PORTICVM MACE=
RIIS ⸗⸗⸗ VRBINAM. ET LOCVM, IN QVO
EADEM SVNT. LOCVM SOLVERVNT
LOCO PRIVATO.

Ex Latio Idemq; Romana.

ABIVS uir fuit Romanus, sicuti hac inscrip[ti]o patet, quae Aquileiae posita est

ABIVS A·L· TERTIVS AVGVSTALIS
TESTAMENTO STERNI IVSSIT IN
QVOD OPVS EROGATA SVNT HS XXX.

ARTENAE comites fuerunt Erbo, et Poppo, qui fanum Carinthiae Millestadiense à mille statuis corrupto uocabulo ~~nomine~~ denominatum augustius reddiderunt. fanum ipsum S. Domitianus Carnorum dux à S. Vergilio Iuuauiensi et S. Modestino Solensi Episcopis profectus et undis sacris ablutus ex Ethnico Christianum fecit. Lazius cap. III. sect. VI. l. XII.

ARTENAE comes fuit Albertus Praesul Tridentinus, qui Abbatiam Millestadij corrupto à mille statuis denominatam, ditauit. Lazius cap. III. sect. VI. l. XII.

APENNINVS mons est Norici supra Carnos. lege infra in litera C. ubi haec dictio incipit, Carnos Apenninus.

ARCVS à Germanis Bogen dicitur, unde Comites ab arcu, qui iuxta Benacum lacum habitant. comites à Bogen uocant Teutones. Lazius cap. 3. sect. VII. l. XII. Idem cap. IIII. sect. VII. l. XII.

AVARES populi, et Pannonij sunt idem. otho Frisingensis cap. 29. li. V. chronicorum. Circa idem, ait, tempus rege pascha Domini celebrante in Ingelhaimo Tassilo cum maioribus gentis suae uenit,

Ex Lazio de rep. Romana.

uenit, ubi diu accusatus à Boioarijs fuisset,
quod regi nō seruasset fidem, immò Auaros,
hoc est, Pannonios ad uastandum regnum in-
duxisset, ac de his, et alijs huiusmodi con-
uictus fuisset, maiestatis reus, et capitali
sententia plectendus iudicatur. Lazius cap. V.
sect. VII. l. XII.

ALTVS mons Germaniae est, qui con-
fines Austriae, ac Boemiae disterminat.
Lazius cap. VI. sect. VIII. l. XII.

ARADATA Norici ripensis ad ripam
Danubij est, cuius meminit Ptol. cap. 13.
l. 2. tab. 5 Europae; hodie nuncupatur
ARDACHVM. Antoninus in itinerario
ARLAPEN nominat ac et c. pfelz, quasi
Aram lapideam dicas. Lazius cap. VII.
sect. VII. l. XII. errorem esse ait in
codice Ptolemaei, nam ingressor d pro
DA posuit, unde pro Arlape Aradata
ibi legitur. Marianus Scotus in codice
praefecturam classis praefectum in Ar-
Arlape collocat. ibi enim Danubius
latissimus est, atque ad instituendam
classem commodissimus. Erlaphus flu-
uius, qui Danubio miscetur, et Pachlarn
oppidi muros alluit, quod à Latinis
Praeclara dicitur, Comitatus ibi fuit, et à
Scala hinc comites processere, qui et à
Pilenstain, et Pleien nominabantur.
Lazius cap. VII. sect. VII. l. XII. qui
Praeclaram, et Arlapem attestatur eandem
fuisse.

Ex Rhapsodijs Sabellici[illegible] ab orbe condito.

Adam nomen primus homo ideo fuit sortitus, quod ex rubenti, terra terra factus sit. Eua mulier nuncupata, quod ex latere hominis desumpta est. Sab. l. p. fol. p.

Aerariæ artis Tubalchain repertor fuit, Tubal musicæ. Sab. l. p. fol. p.

Adamus annos noningentos et amplius uixit. Sab. l. p. fol. p.

Astrologiam filij Seth primi indagarunt. Sab. l. p. fol. p.

Annos noningentos quinquaginta Noe uixit. Sab. libro p. fol. 2.

Astrologiam, Geometriamque Abrahamus Aegyptios docuit. Sab. l. p. fol. [illegible]. Aegyptijs uero Græci et Latini scriptores Geometriam ascribunt. Zoroastri uero regi Bactrianorum Astrologiam. sunt aliqui Belo Nini regis Assyriorum patri.

AMAZONES a Scythis orta sunt. Sab. l. p. Enn. p fol. 4.

ATVRIA regio est Assyriæ, in qua Ninus rex Assyriorum Ninum maximam urbem condidit cccc et amplius stadia complectentem accersitis ad id opus Asiæ totius populis. Sab. l. p. Enn. p fol. 4 Ninum Biblia, et Josephus ipsam urbem uocant. quæ mille ac quingentas in orbem turres habuit, mœnia centum pedes altitudine, amplitudine aut tanta, ut in ea rerum fastigia ternis essent plaustris peruia.

AVES Assyrij Semiramido uocant, unde Semiramis regina sic fuit nominata. quod Aues aquatiles proiectam educarunt. Sab. l. p. Enn. p. fol. 4.

Ex Sabellico ab orbe condito.

Afer Habraami filius fuit ex Cethura, qui Sairam uxorem superinduxit. nomen ab eo Africa prouincia fuit sortita. Sab. l. 1. Enn. p. fol. VII

ATLAS Japeti, et Asia nympha filius fraterque Promethei fuit, paulo post migrationem Israelis in Aegyptum ad Josephum filium annona Pharaonis praefectum. astrorum peritiam, coelestiumque callwit, et Mauritania monti Atlanti denominationem indidit. fuit alter Atlas Lybius filius, quem multi uolunt Atlanti nomen impertitum. hic uero primo callwit astrorum, sed prior, qui fuit ex Arcadia. Sab. l. 2. Enn. p. fol. IX

AETHIOPIA duplex est, Sab. l. 2. Enn. p. fol. XI.

AEGYPTII ab Aethiopia in Aegyptum migrauere. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XI.

AETHIOPES sacra primi, et ceremonias inuenere. qua Homerus poetarum eminentissimus persuasionem secutus Jouem, ac Deos apud Aethiopes coenare fabulatur. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XI.

AES plurimi aestimant Aethiopes, quam aurum. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XI.

AMARAMES pater fuit Mosis prophetae ac eum septuagenarius genuit. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XII, qui Jochabedem eius ait fuisse.

Ex Sabellico ab orbe condito.

AQUA moys ab Aegyptijs uocatur, unde Moyses habuit nomen, quod in aqua Nili repertus sit. Sab. l. 2. Enn. p. fol. xii.

AERIA olim dicta fuit Creta insula, quae à Creto rege, aut uno ex corybantibus Iouis nutricio, denominata postea sortita est. Sab. l. 2. Enn. p. fol. vii.

Aeria olim nominata fuit Aegyptus, postea ab Aegypto fratre Danai Aegyptus nominata est. Herodotus Thebas prius dicta opinatur. Sab. l. 3. Enn. p. fol. xiii. Aegypti nomen conuersum est, cum Moses in monte Abarim obijt, ab Aegypto rege Beli filio. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 20.

ARAS, simulachra, et delubra primi Aegyptij reperere. alij hoc Aethiopibus ascribunt, ex quo uidetur Aegyptios Aethiopum fuisse colonos. Sab. l. 3. Enn. p. fol. xiii.

AEMON Thessaliae fuit rex illa tempestate, qua Moses Judaeos à seruitute Pharaonis eduxit, ab eo Aemonia omnis Thessalia denominata est. Sabell. l. 3. Enn. p. fol. xiiii.

APRILIS mensis ab Hebraeis Nisa, ab Aegyptijs Parmuthi, à Macedonibus Xanticus nuncupatur. Sunt aliqui, a quibus dicitur Martius etiam Nisa ab Hebraeis nominari. Sab. l. 3. Enn. p. fol. xv.

AMARUM dicunt hebrei Marath. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 16.

Ex Sabellico ab orbe condito.

ASARTHA Pentecoste ab Hebraeis uocatur. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 18.

ARNVS Palestinae fluuius est, qui fontes habet in Arabia, et mox aliquantulum per solitudines euagatus Asphaltidi lacui immiscetur. iuxta illum Moses castra metatus est, cum Eleazarus in locum Aaronis patris demortui Pontifex institutus est. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 19. qui ait Seonem Amorreorum regem cum toto exercitu prope ipsum fluuium uictum a Iudaeis fuisse.

AEGYPTVS Beli filius Aegypti rex fuit, ac ei nomen indidit, ante siquidem uocabatur Aeria. ibi Aegyptus regnauit, ubi Moses in Abari monte obijt. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 20.

AVSES, et machlyes populi sunt Lybiae circa Tritonidem paludem hitantes quorum puellae Mineruali sacro uelut in turmas diuisae fustibus se, ac lapidibus incessant fasse se patrium morem seruare, et eum, [illegible] occubuerint, eas negare uirgines fuisse. quae omnium optima, fortissimaque iudicata sit, eam graeco armorum apparatu, et crista Corinthia in currum subblatam circa paludem multo suorum fauore circumuehi. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21.

Androgynos (ut Calliphanes ait) populi sunt Lybiae supra Hasamonas populi sunt naturae utriusque. ac uicibus inter se coeunt. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21. qui ait Aristotelem scribere dextram eis mamam esse uirilem. leuam muliebrem.

Ex Sabellico ab orbe condito.

ADAN urbs fuit Cananeorum, quam Josue dux Israelitarum expugnavit. Sab. E. 4 Enn. p fol. 22.

ASAROTHUM in montanis Palestinae fuit oppidum, quod Josue Israelitarum dux eius rege occiso expugnavit. Sab. E. 4. Enn. p fol. 22.

ASTROLOGIAM, et Sidonij Phoenicia ARITHMETICAM populi una cum certa navigandi ratione reperere Sab. E. 4. Enn. p fol. 23.

AGENOR fuit Aegyptius, ac Thebas urbem habitavit inde cum Phoenice, a quo Phoenicia est in Syria profectus circa Tyrum, ac Sidonem consedit, quo a Thebis et literas tulit. Sab. E. 4 Enn. p fol. 23.

ARIES, qui vellus aureum dicitur habuisse, ac Phryxum, et Hellem ex Boeotia in Hellesponto detulisse, non fuit animal velleris aurei, ut Hesiodus, ac Pherecides scripsere, sed navis, in qua Arietis loco tutela fuerat figuratus. Palephatus Arietem hunc scribit nutricium Phryxi fuisse, cuius opera Phryxus, ac Helle soror ab insidijs novercae subtracti sunt. Sab. E. V. Enn. p. fol. 25. Aries hic fuit Phryxi pedagogus, qui ab eo Dianae immolatus est, ac pellis cadaveri detracta in templo suspensa. Sab. E. V. Enn. p. fol. 29.

ALPHEUS Elidis fluvius albas maculas, et impetigines sanat, nec (ut aiunt) subter mare in Arethusam Siciliae fontem devolvitur Sab. E. VI. Enn. p. fol. 127.

Ex Sabellico ab orbe condita.

ARGO nauis fuit, et prima longarum nauium mare ingressa est. Pindarus ad Demetriadem urbem Pagasis finitimam fuisse compactam scribit Diodorus, et plerique alij à celeritate nuncupatam; Apollonius ab Argo fabricatore. Pherecides ab Argo Phryxi, et Calciopae filio uocatam tradidere. Sab. l. V. Enn. 8. fol. 28.

AEOR uir à Scythis nominatur. Pata obtruncare. unde Scythae nuncupauerunt Amazonas Aeorpata, id est, uiricidas. dictae autem AMAZONES sunt, quod mamam dextram inurrent. Sab. l. V Enn. 8. fol. 30.

ATLANTES populi sunt Lybiae, qui nomina inter se discreta non habent. solem orientem execrantur, ut habeat initio rem, uespri exsecrantur. quod id sic diriguntur traxerint. Sab. l. V. Enn. 8. fol. 31.

ANAXIUS uir fuit olenius, cui Hercules ~~Hippol~~ Hippolytem filiam nuptui dedit, hanc cum in conuiuio publico Euritiom Centaurus ad stuprum raperet, ab Hercule interfectus est. Sab. l. VI. Enn. 8. fol. 36.

AUGE filia fuit Aloi Arcadiae regis, quae ab Hercule fuit congressa, et Telephum enixa est. qui Telephi nomen habuit, quod ceruia eum aluerit. Sab. l. VI. Enn. 8. fol. 36.

ACHELOUS amnis ab Hercule in gratiam Oenei regis coniunctus, ac in plures alueos diductus est, unde agrum eius feracissimum reddidit. fabula hinc orta est, quod Herculis cum Acheloo dimicauerit, ac illi cornu euulserit. Sab. l. VI Enn. 8. fol. 36.

Ex sabellico ab orbe condito

AQVA ex maxilla Asini, qua Sanson ad mille Philisteorum obtruncauit, ut eum sitientem saturaret, effluxisse ab Josepho perito perhibetur, unde Maxilla nomen fuit loco. Sab. l. VII Enn. p. fol. 38. lege diffusius in lit. S. ubi hac clausula incipit. Sanson ex Manue Danitano.

AVIVM auspicium Tyresie inuentori attribuitur Sab. l. VII. Enn. p. fol. 39

ASYLVM primi omnium Heraclida filij Herculis instituere ab Euristeo rege perse infestati. Asylum inquam in Tricynthio Attica urbe, quam postea Tetrapolis uocata est, instituere. Sab. l. VII. Enn. p. fol. 37.

APIE primo dicta Peloponnesus est, hinc Pelasgia, postremo Peloponnesus. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 45.

AEOLES, Dorienses, ac Peloponnenses ijdem sunt. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 45.

ATTICI, et Iones sunt ijdem. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 45.

ARABES, et AMALECHITAE sunt ijdem. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 46.

ARX, et munitio ab Hebreis Hieron nuncupatur, unde urbs Palestinae Solymias, postquam rex Dauid arci eam coniunxit, Hierosolyma nuncupata est. Sab. l. IX. Enn. p. fol. 50.

ANNI ratio diuersa est. Romani enim X. prius mensium illum efficere, dum Romulus rerum potiretur. Numa Pompilius XII. Arcades mensium quatuor

Ex Sabellico de orbe condito.

quatuor. Acarnanes sex. quidam triennium. Aegyptij anno menstruo usi sunt. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 76.

AGONALES. et collini uocati fuerunt Salij sacerdotes XII. quos Gradiuo Numa rex constituit. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 76.

AVSPICIA. mirum in modum à Romanis obseruabantur. praecipue autem postquam Attius Nauius augur inspectante L. Tarquinio rege cotem nouacula discidit. Auspicato inde omnia fiebant publice ac priuatim. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 83.

ANIO fluuius Latij est. oriturque in Trebulanis montibus. Parensius olim, uocabatur. Anio autem dictus est ab Anio Hetruscorum rege, qui filiam latronibus interceptam persecutus, et recuperare non ualens, in eum praecipitauit se. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 83.

AGYLLA Hetruriae fuit oppidum quod Caere postea dictum est. L. Tarquinius cum Veios duceret illam obsedit. Sab. l. 4 Enn. 2. fol. 84. Dionysius Halicarn. Acillam uocat.

AOLLIVS, et ABILLIVS Romuli, ac Hersiliae fuerunt filij. Sab. l. 3 Enn. 2. fol. 72.

Ex Sab. ab alio cedit.

APIS fuit bos Aegyptiorum ex boue sterili natus. Aegyptij persuasum habuere illam fulgure ictam fuisse grauidam, eoque conceptu Apim nasci, quem Epaphum dixere. erat illi candor quadratae figurae in fronte: in tergo aquilae effigies insignis cantharus in palato. niger caetera. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 99.

AHENUM sexcentarum amphorarum capax effecit Ariantes rex Scythiae cuspidibus sagittarum, quas singulas singuli Scythae attulerunt, ut numerus gentium, quibus dominabatur, inde haberetur. inter Borysthenem et Hypanim amnes Ahenum hoc in Exampaeo fuit locatum. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 105.

ASINUM et mulum Scythia ob frigus non gignit. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 106

AMPIRA urbs est ad Tygrim fluuium posita, ubi in ipsum mare influit. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 114

TIB. ATINIUS homo plebeius Romae fuit, quo suadente circenses ludi, qui et plebei nominantur, instaurati sunt. is enim per quietem a Ioue fuerat monitus, ut consulibus nunciaret non placuisse sibi proximorum circensium praesultorem, instare urbi periculum ingens, nisi darent operam, ut sibi ludi ex integro fierent. illo primo imperium detrectauit. ~~iterum simili oraculo~~ filium ergo paucis post diebus nulla euidentiore causa morbi amisit. rursus simili oraculo monitus in curiam delatus id senatui detulit et cum eo aegrotus, ac debilis accessisset. postquam iussa exposuit, in pedes erectus domum incolumis abijt. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 118.

Ex Sab. ab urbe condita.

ATHOS Macedoniae mons est. a planicie excurrens in mare LXXV. millia passuum radicis ambitus centum quinquaginta millia colligit.
ACROTHON in eius uertice fuit oppidum Xerxes hunc continenti terrae ademit mille ac quingentorum passuum Isthmo militare opere effosso, per quem postea nauigatum est.
Athon Stasicrates qui fuit Alexandri magni temporibus ostendisse illi dicitur ipsum montem in humanam effigiem figurari, fuitque ad id agere operam suam polliceretur, ut leua Miriandron faceret urbem X. millium hominum capacem. dextera redundantissimum laticem spargeret. Plutarchus non Macedoniae Athon ipsum sed Thraciae asscribit. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 121.

ASOPIS uocata fuit Euboea insula uulgo à poetis. Euboia uero à matrona. Strabo autem in litore ipsius insulae ait fuisse quod AVLA bouis uocabatur, inde nomen insulae inditum autor est. ac in eo antro Io Epaphum enixam fuisse. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 122.
Asopus Boetiae fluuius est, ac Erythras urbem alluit. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 133.
ARTONA ciuitas fuit Latinorum quam Equi populi F. Caesone, ac Sp. Furio coss. expugnarunt. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 124.

AVARITIA Alcmeonis Atheniensis tanta fuit, ut Croeso rege Lydiae illi concedente quantum auri uellet, ex thesauris suis assumere, praegrandem tunicam induerit, et in sinus complicatam, laxioresque cothurnos calcauerit, et cothurnos ...
primum

tunicam mox dimisit refersit. cum adindo ramentis obducta, faucibusque aure refertis aix se traducens in apertum prodijt animque rei, quam homini similior. Sab. l. 2. Enn. 3 fol. 122

ASOPUS Boeotiae fluvius est ex Cithaerone monte oritur, atque in subiectos campos egressus facit diverticula, rursusque intra pedum tria stadiorum in unum coit, insula ex diverticulo, et coitione fit, cui nomen Oeroe; hanc indigenae aiunt filiam ipsius Asopi fuisse. Sab. l. 2. Enn. 3 fol. 133.

ALGEDONEM Dionysius Hal. vocat, quod ALGIDUM Livius, et alij. Sab. l. 3. Enn. 3 fol. 140

AMAN vir fuit Amalecita, et Artaxerxis admodum familiaris. Mardochaeum Hesteris avunculum, quae uxor Artaxerxis fuit, odio fuit prosecutus, et illi crucem paraverat; in qua postea fuit iussu Artaxerxis suspensus. Sab. l. 4. Enn. 3 fol. 142.

ASOPUS vir Atheniensis, et Phormionis pater, qui Atheniensium fuit dux eo tempore, quo Palleram obsedere. Sab. l. 5. Enn. 3 fol. 154

ATHENARUM ambitus stadia LX complectebatur. Sab. l. 5. Enn. 3 fol. 155.

ACARNAE fuit Atticae oppidum post Athenas maximum, et ab Athenis stadijs LX distabat. Sab. l. 5. Enn. 3 fol. 156.

Ex Sab. ab orbe condito

ATLANTA insula est Macedoniae. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 158.

ALDOS Siciliae locus est in agro Leontino. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 165.

ARTENA oppidum fuit Volscorum, quod Romani ceperunt. arx proditione cuiusdam servi capta. illi bona duarum familiarum ultra libertatem data. Servius Romanus ipse nuncupatus est. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 167.

ARGINVSSAE insulae sunt ante Lesbum in conspectu Maleae promontorij, ubi Conon Atheniensium dux classe dimicavit cum ~~Lacede~~ Callicratide Lacedemoniorum classis duce, ac eum obruit, et uictor euasit. Sab. l. 9. Enn. 3 fol. 180.

ANIMAS non interire, sed in alia corpora migrare Galli putabant. ideo in obeundis periculis audaciores fiebant. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 185.

L. ANTESIVS uir Romanus ex plebe fuit, ac Tribunus militum creatus est una cum C. Sextilio, et M. Albino plebeijs. necnon C. Manlio, P. Manlio, et L. Iulio Patritijs. cum Praeneste urbs à Romanis capta est. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 196.

ACHERON fluvius Epiri est, ac ex Molossidis fluens in stagna inferna Tesprotiae sinus accipit. Acheron etiam fluvius est Lucaniae non longe ab urbe Pandosia, in quo Alexander rex Epiri obtruncatus est. Sab. l. 4. Enn. 4 fol. 209

Ex Sab. ab urbe condita.

AMMON Jupiter ab incolis ut carsona figurabatur, qua fuit apud Graecos. sed umbilico erat similis, f̶e̶t̶ smaragdo, et gemmis compactus. hunc, cum responsum petebant, sacerdotes navigio aurato multis hinc inde argenteis pateris pendentibus gestabant. post matronae, ac virgines incondito carmine patrio more canentes, sic numen gratiam rata, sequebantur. fons ibi est qui nemoris Ammonis vocatur, qui mane tepidus fluit agris, meridie frigidissimus, die in vesperam inclinante incalescens. post mediam noctem aestuans, deinde a media nocte ad lucem fervorem remittens. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 215.

ATVRIA Mesopotamiae regio est in qua iuxta Lycum fluvium, et Gaugamela vicum Alexander magnus Darii exercitus fudit, fugavitque. unde imperium Darius amisit. ferunt in ea pugna XL. millia Persarum cecidisse. Macedones paulo minus CCC. desiderati sunt. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 218.

ARVAS Hyrcaniae oppidum est, ubi Phradates Tauronum praefectus ei occurrens deditionem fecit. cuius exemplum secuti Satrapae Hyrcaniae plerasque suas gentes tradidere. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 221.

AVLI populi sunt Scythiae Asiaticae omnium Scytharum iustissimi, ac bellorum expertes. Alexander magnus eorum legatos in Maracanta oppido Scythiae audivit. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 222

Ex Sab. ab urbe condit.

AMICITIA inter pares firma, et stabilis est. inter dominus, ac seruus nō media quidem pace amicitia ulla esse potest. sicut oratores Scytharum Alexandro magno dixerunt. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 224

AMICO tibi nō est opus, de cuius beneuolentia dubites. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 224.

ARVINA cognominatus fuit Au. Cornelius, quia feciális erat, cū Pub. Posthumius, et alter consul foedus ignominiosum ad Caudinas furcas cū Herennio Pontio duce Samnitū percussere. ac ipsum Posthumius ipsi Pontio uinctus tradidit. quia Romani abnuerunt ipsum foedus. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 225.

ATINAS uir fuit Macedo, quem Bactrianis Alexander magnus praefecerat. hic cum ccc. equitibus in insidias praecipitatus obijt unà cū tota equitū ala. eā cladem Craterus egregie ultus est nullo hostiū occidione occisis. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 226

AVSONA, Vestina, et Hutumna urbes Ausonum Italiae populorum fuere. Italia est Ausonia dicta ab Ausonio Circes, ac Vlissis filio. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 239.

AVFIDENA urbs fuit Samnitū, quae à M. Valerio consule fuit expugnata. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 238

Ex Sab. ab orbe condito.

ACARNA Hetruriae fuit oppidum, quo Q. Fabius Maximus consul cum exercitu proficiscens in Romanos lignatores insidiit, qui Fabij accessu audito lati illi occurrerunt. feliciter iuvere incubant, palamque Pop. Rom. egit gratias, quod inuitum sibi ducem deposuisset. Appius Claudius prioris anni consul a Fabio iret iussus Romam est. Sab. l. VIII. Enn. 4 fol. 239 [illegible]

ANCHORA Seleucus Antiochi filius, et Alex. magni dux, femur insignitum habuit, ac omnes ab eo procreati. hoc aiunt accidisse, hinc, quod cum uxor Laodice ea nocte, qua Seleucum concepit per quietem uisa est sibi cum Apolline concumbere, a quo annulum anchoram insculptam in fidei argumentum accepisset, quam in lecto reperit, et diligenter asseruatum postea Seleuco de sua origine edocto dedit. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 241.

ANASA neptis fuit Herculis, quam Pyrrhus Achillis filius ex Ilio reuersus ex Dodonaei Iouis templo abductam matrimonio recepit. Pyrrhidae regionis accolae uocati ab ea sunt, qui postea Epirotae, ut Trogus ait. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 246.

AGRIGENTUM Siciliae urbs est, quae meridiem spectat, in ora insulae sita, quae inter Himeram, et Hipsam fluuios: olim Agragas uocabatur, et Ionum coloniam fuisse quidam existimant. Thucidides Geloos locum ab initio tenuisse arbitratur, et a propinquo flumine Agragantem appellatam. Gelam ab Eutimo Cretensi, et Antiphemo Rhodio conditam. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 253.

Ex Sab. ab orbe condito.

ASINA cognominatus fuit Cn. Cornelius, qui unà cum C. Duellio cornelius egit consulatum, ea tempestate, qua Romani classem primam aedificarunt. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 253.

ADAS civitas fuit Africae, quam M. Attilius Regulus Romanorum consul oppugnavit. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 254.

ARVA. fuit Numida vir, qui Hamilcari operam tulit contra Spendium, et Mathonem pro Carthaginiensibus, quorum erat dux, dimicat: ac Spendium, Mathonemque fudit, et fugavit. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 259.

ATHENIENSE fuit oppidum, quod Cleomenes dux Lacedaemoniorum in finibus Megapolitanorum condidit. Sab. l. 1. Enn. V. fol. 263.

ACARNANES populi Graeciae fuerunt sedes nacti Acheloum qui in Ambraciam sinum elabitur, et Evenum amnem. Ab Eveno Antirium usque corinthiaco tractu Isthmi Aetoli. Inde dextro litore circa sinum Corinthiacum sunt Achei. Sab. l. 1. Enn. V. fol. 263.

ALTINIUS. classius vir fuit in Arpi civitate Apuliae nobilissimus, qui voluit Q. Fabio Maximo consuli Civitatem prodere. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 275.

AETERNUM oppidum fuit Apuliae, quod Au. Sempronius Tuditanus expugnavit. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 285.

Ex Sab. ab orbe condito.

ATTELLA fuit urbs Campaniae, quam urbe Capua deditâ Romani in potestatem redegere. Sab. l. I. Enn. V. fol. 290.

T. APVSTIVS vir fuit Romanus. Et P. Sulpitij Galbae consulis legatus, qui urbem ANTEPATRIAM in angustijs Macedoniae faucibus sitam ui cepit, captamque diripuit, et incendit. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 305.

ANDROS insula est una ex Cycladibus. ANTANDRVS, Cauros, et Lassia uocatur à plerisque. Mirum est, quod de illius fonte in templo liberi patris ante Mutianus scribit fons siquidem ipse nonis Januarij uini saporem fluere consueuit. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 306.

APPVLVS cognominatus fuit Aelius Julius, qui consulatum egit cum L. Cornelio Lentulo eo anno quo ludi à Scipione Africano in Hispania uoti magnificentissimo apparatu celebrati sunt. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 306.

ARGITEA fuit oppidum Macedoniae, ac AETHIOPIA oppidum aliud, ex quo Aminander Athamanum rex praesidium Philippi regis expulit eo tempore, quo Scipio Asiaticus Antiochum uicit. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 316.

AQVILEIAM usque uiam Aemylius ab ea à Bononia ducto prope alpium radices in agrum circa paludes opere communiuit, ac ipsam uiam [illegible] et à Bononia Romam usque, acperduxit, et à nomine auctoris Aemylia uia dicta est. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 319. ex autoritate Strabonis.

Ex Sab. de orbe condito.

AQVILEIA colonia Latina eo anno deducta est in eum agrum, unde Galli fuerat à M. Claudio Marcello deiecti; quo Manlius Prator cum Lusitanis aliquot. fecit prolia. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 322

ARNUS Lacedemoniorum rex fuit, qui ad Oniam Palestinae Pontificem ornia maioris nepotem, quibus significavit Lacedemonios monumentis continere Lacedemonios per Abrahamum Judaeorum consanguineos esse. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322

L. ANITIUS prator Romanus incredibili penè celeritate bellum contra Gentium Illyriorum regem confecit. Gentius ipse cum prolio victus cum matre, uxore, ac duobus liberis ultro in potestatem Romanorum venit. XXX. dierum spacio in ea provincia debellatum prius Romae cognitum est hostem cum suis captum, quam bellum inchoatum crederetur. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 323

AQVAE fontium, sicuti plerique autumant, sub ijs locis nec sunt, ex quibus fluunt, nec eruptio ea videtur liquescentis materiae, sed generatio, et concursus ad scaturigines ipsas fit, densitasque, atque humiditas liquescit in cavernosis, ac frigidis terrae locis, velut in conceptabulis multitudinum mammarum, quamvis sint velut vasa lactis fluere parata. sed nutrimento in illa corrivato lac generent, atque emittant sic frigida, et cavernosa loca terrae non conceptam aquam continent, et quasi ex praeparato, cum aperiuntur, effundunt. sed similiter et aërem

densando

Ex Sab. ab urbe condita.

densando, premendoque in aquam, conuertunt ut alba, quae magis resoluuntur, cum sunt manu agitata. Sab. l. VIIII. Enn. v. fol. 323

ACIEM, et conuiuium bene instruere (ut Paulus Aemylius consul, qui Persem regem Macedoniae uicit, aiebat) eiusdem animi est, Illam, ut hostibus sit formidolosus, hoc, ut amicis gratus. Sab. l. VIII. Enn. v. fol. 324

AVRVNCAE Lucilius poeta, qui primus satyram scripsit, natus est. Sab. l. IX. Enn. V. fol. 332.

ACHEI erant in plures urbes diuisi. unum tamen corpus, et unum imperium habebant, singularumque urbium pericula inuicem ciuibus propulsabant. Hunc gentis consensum Romanis minuere cupientibus tempestiua Spartanorum querelae materiam praebuerunt. ~~Sab. l. 9. Enn. v. fol. 332~~ His, Romae apud Senatum querentibus suum agrum ab Achiis uastari, iussum est, missuros se in Graeciam legatos ad res sociorum inspiciendas, mandauit iis Senatus, ut seruata omnibus libertate Achaeorum concilium dissoluerent, singulasque Ciuitates proprij iuris esse sinerent, ac, si quae priori decreto contumacius restiterant, eas potestate, ac imperio cogerent. Sab. l. 9. Enn. v. fol. 332.

AMAVIT Sempronius Gracchus Corneliam uxorem mirum in modum. Sab. l. 9. Enn. v. fol. 335. (lege infra in litera V. diffusius, ubi haec clausula incipit. Vxor Sempronij Gracchi fuit Cornelia.)

Ex Sab. ab urbe condit.

AQVAM frigidam per seruum allatam. C. Marius in publica in publico bibisset, atque ita parum ciuiliter egisset, à censoribus senatu eiectus est. Sab. l. 2 Enn. VI. fol. 344.

ARAE Philenorum fratrum Chartaginensium, qui se pro finibus Patriæ promouendis obrui passi sunt, confinia Cyrenensis agri, et Chartaginensis diuimunt. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 345. lego infra diffusius in litera P. ubi hæc clausula incipit. Patriæ mirum in modum Philoni fratres.

ANNVM Germani in hyemem, uer, ac æstatem diuidunt, Autumnum uerò praeter uini et coctarum frugum inopiam nesciunt. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 347.

ATHISO flumius à Plutarcho dicitur, quem ATHESIS à Liuio. is Veronam urbem interluit ex montibus Tridentinis labitur, iuxtaque illud Catulus cum Cimbros castra metatus est. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 348.

AMNEVS Ponti flumius est, ubi Licessius cum legatis, et socijs regibus ingenti prælio fuit à Mitridate uictus. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 351.

AQVILA Romanis signis à C. Mario, dum consulatum secundum ageret, fuit attributa, cum prius lupi, minotauri, equi, et apri singulos ordines antirent. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 352.

Ex Sab. ab urbe condita.

ASSVS Boeotiae fluuius est, qui Cephiso infunditur. Sab. l. 3 Enn. VI. fol. 352

ANCHARIVS uir fuit Romae Senatorius, qui iussu C. Marij obtruncatur est, una cum Attilio Serrano, P. Lentulo, et C. Hostenio. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 353

C. ANTIPESTRIVS uir fuit Romanus et Carbonis consulis Prator, qui cum partes C. Marij sectaretur, et itidem faceret Albinouanus, ab ipso Albinouano perfido una cum Flauio Fimbria altero Pratore interfectus est, quo in scelo patrato Albinoua. ad hostes transfugit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 353

ALBANA fuit uilla in Latio, quam Q. Aurelius homo ciuilis ocij, et quietis amicus possidebat. is cum nec Marij, nec Syllae partes sectaretur, forum ingressus, et ad proscriptionis tabulam securus profectus esset, offendissetque nomen suum inter proscriptos, exclamasse dicitur, heu miserum uilla Albana me prodidit, paululumque inde progressus a percussore, qui eum sequebatur, iugulatur est. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 355

ANTAEVS LXX cubitorum altitudinis fuit, cuius cadauer in Tingena urbe Africae Mauritaniae dimisso sepulchro Sertorius uidisse non sine admiratione. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 358

Ex Sab. ab orbe condito.

ARCHONESVS, et Didymus olim fuit dicta Cyziceni Propontidis urbs, à monte Didymo, qui ei superincubat. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 360.

AMASTRIS, et AMASVS Cappadociae urbes sunt, quas Lucullus in cepit. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 361. b.

AQVILEIAM circa tres legiones hyemabant, quas Caesar duabus aliis in Italia conscriptis adiecit, et qua proximum illi fuit per alpes iter cum his quinque legionibus in ulteriorem Galliam transijt. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 368.

ALDVASIVS Galliae fluuius est, ac Vesontionem oppidum Sequanorum circumplectitur. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 369.

ATRAS oppidum est Belgicae, populi tunc ATREBATES hoc Autonio opificio celebratur. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 371.

ALAVDA fuit legio à Caesare ex transalpinis Gallis descripta. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 371.

AVLETES fuit cognominatus Ptolemaeus Aegypti Rex, quem Alexandrini eiecerunt, et eiectum Gabinius Pompeij autoritate in regnum restituit. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 372.

ATLANTICVM oceanum Plutarchus eum vocat, qui ab aliis Britannicus nominatur. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 374.

Ex Sab. ab orbe condito.

ATTEIUS Romae fuit tribunus plebis, et
Crassum ad bellum Parthicum proficiscentem
remorari conatus est, clamitans indignum fieri,
et a Romani populi dignitate alienum bello peteri-
tur gentes, quae foedere, et amicitia Romanis
essent iunctae. Sed Pompeio et aliis comitanti-
bus ubi Crassus teneri non potuit, Atteius
loco certo constitit quo cum Crassus ad
bellum proficiscens venisset, diras illi, horren-
dasque obnunciat execrationes, saeva quaedam,
horrendaque nota deorum nomina invocans. Per-
suasum fuit Romanae Civitati huiusmodi diras
esse eius potestatis, ut, qui devotus esset,
omnino calamitatem aliquam adire oporteret.
Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 376

Atteius Philologus Atheniensis fuit grammaticus, qui Clodium
Pulchrum, et fratres instituit. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 381

ADULTERIO nullum gravius flagitium
apud Parthos est, ob id foeminis virorum
conspectum interdicunt, nam uxores singuli
plures ducunt. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 376

AUDITUS ex omnibus sensibus maxime
animum turbat, gravesque circa illum
affectus excitat. Idcirco Parthi tubis, li-
tuis, aut cornibus non utuntur in praelio,
sed corio concavis lancibus extenso, quod
crebris ictibus diverberatum horrendum quoddam,
et velut tonitru mixtum
et ferinum sonat. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 377.

ALEXIA fuit oppidum Mandubiorum Galliae
populorum, hodie vicus est in ea Galliae parte,
quam recentiores Burgundiam vocant. Sab. l. VI.
Enn. VI. fol. 379.

AMATHUNTIA fuit una ex quinque
curiis, in quas Gabinius proconsul Iudaeam
divisit. quae omnia sunt hae, Amathuntia, Hiericuntia,
Sephoria, Gadaris, ac Hierosolymitana. Sab. l. VII. Enn.
VI. fol. 380.

Ex Sab. ab orbe condito. 7.

ACILIVS miles fuit Caesarianus, qui navali praelio ad Massiliam pugnavit, manum dextram in puppim hostium iniecit, et dum foret abscissa, memorabile illud Cynegiri exemplum apud Graecos imitatus hostilem navem irrupit, obvios umbone propulsans. Sab. l. VII Enn. VI fol. 384.

ASPARAGVS Macedoniae locus est prope Dyrrachium oppidum, in quo Pompeius contra Caesarem castra metatus est. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 384.

AVDACES adeo milites C. Caesaris erant, ut triginta Galli Equites duo millia Maurorum Equitatum ex adiuncto impetum suo impetu averterint. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 38[illegible].

M. ACINIVS Catonis Uticensis fuit filius, qui post necem patris Caesari dedidit se. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 388.

ATEGNA Hispaniae urbs est, quam Pompeiani tenebant, cum Caesar eam oppugnare adortus est. qui Ategnae praesidium tenebant, in castra mittunt deditionem facturi, qui sibi salutem postularent. sed cum oppidanis tanta ignosci diceretur, Pompeiani desperatione adacti. Ategnenses hospites suos iugulant, et iugulatos e muris deiiciunt. nihilominus Caesar oppido fuit potitus. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 388.

APOLLINIS filius Octavius Augustus existimatus est. quia, Accia eius mater noctem in templo

Ex Sab. ab orbe condito.

Apollinis, quo ad solenne sacrum profecta cum ceteris matronis erat, quiescentis Draco leniter lecticam conscenderit, ac inde post egressus sit, eaque experge facta se uelut a concubitu mariti purificauerit, et iam inde in eius corpore macula uelut draconis extiterit, qua haud amplius eximi potuerit. AVGVSTVM qui decimo post mense natus obeamque rem Apollinis filius existimatus. Sab. l. VIII. Enn. VI fol. 390.

AGROS in colonijs Caesar Dictator ueteranis militibus dedit. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 390. Tum (inquit) Octauius animo confirmatus ad ueteranos milites circa colonias misit. Hi erant, qui cum Caesare diu militauerant, et post partam uictoriam ipsius beneficio fuerunt in agris collocati. Antiq. legitur, et Octauius destinauerunt XVIII Italiae urbes militibus distribuendas, in quibus agri, et domicilia singulis assignarentur. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 392

AQVILEIAM uersus D. Brutus unus ex percussoribus C. Caesaris Antonio, Lepidoque, et Octauio fugiens gallico habitu iter molitur. incidit tamen in latrones, a quibus captus est. et ad Camillum quendam Regulum Gallorum perductus est, interfectusque. Sab. l. VIII. Enn VI. fol. 392

ANTON filius fuit Herculis, a quo familia Romanorum ANTONIORUM originem habuit. Sab. l. 9 Enn. VI fol. 409.

ARIVS philosophus fuit Alexandriae urbis Aegypti, qui una cum Octauio Augusto Alexandriam ipsam ingressus est, qui quidem Octauius in Gymnasio pronuntiauit, se uniuersum populum crimine absoluere cum propter Alexandrum conditorem, tum ob Arium philosophum, et urbis pulchritudinem. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 405

ADRIATICVM à Corcyra ad intimum tendit sinum, in quo inclyta sit Venetia, Ionium inter Calabriā, et Corcyram ab Hydrunte sumit initium. Sab. l. 5. Enn. VII. fol. 408.

ASIVS Piceni fluvius est, multi eundem AESIVM. tractum ab eo usque ad Rubiconem Italiae olim terminū Senones incolunt. Sab. l. 5. Enn. VII. fol. 408.

AQVILEIAM Marcus Evangelista profectus ex Roma est sub initia conditae ibi, condendarumque ecclesiarum. hic quoque aliqua scripsisse creditur. Joannes cognomento nuncupatus est, et ad Christū conversus, sacraque historia peritior factus evangeliū scripsit, quā ei Petrus provinciā christianorū hominū rogatu iniunxit. Legitque prius doctor scripta discipuli, et probavit mox Aquileiā profectus est. Sab. l. 2. Enn. VII fol. 414

ANTONIA fuit locus Hierosolymitanae urbi templo imminens munitissimus, in quem Cumanus, qui procuratoriā praeerat militi, ob tumultū Iudaeorū in die Azimorū festo recepit. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 415. Mastro ei nomen olim fuit, ac prius Baris. Herodes Antoniā vocavit in gratiā Antonij triumviri. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. [illegible]

ASINEVS, et ANILEVS, Iudaei fratres fuerunt, et circa Babylonem Imperatore Claudio Nerone magnos tumultus exciverunt. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 415.

APRILIS mensis Neroneus à Nerone Caesare fuit appellatus, et Roma Neropolis. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 418.

Ex Sab. ab. ~~Urbe Enn~~ condito.

ARENAM sine calce C. Caligula Caesar Senecam nominabat. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 419.

ADULATIO pessimum veritatis venenum est, et Assentari ~~quod~~ Principi facile est, suadere autem quod oporteat perdifficile. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 419.

AESAR Hetrusca lingua Deus dicitur. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 421. lege infra in littera D. ubi haec clausula incipit, Deus Hetrusca lingua Aesar.

ANCILIA festus erat dies apud Romanos quibus ad bellum proficisci apud Romanos fuit religiosum. ~~Galba~~ nihilominus ipse Otho Caesar contra Othonem duxit exercitum. Sab. l. 3. Enn. VIII. fol. 420.

AQUILEIAM usque cohortes quaedam ex Moesia processerant, ut Othoni Caesari contra Vitellium opitularentur. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 420., audita Othonis morte in cives Aquileienses multa flagitia perpetrarunt. Item l. 3. Enn. VII. fol. 422.

ASPHALTITES Judeae lacus est, hunc Egesippus ASPHALCIUM nominat. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 422.

ANIMAE animi fortium, qui fortiter dimicando mortem occubuere puro aethere post mortem collocantur, ubi Herorum, beatorumque sedes esse dicuntur. quae vero per ignaviam, et desidiam corporibus solvuntur, sub terras eunt, ac idem memoriae traditum est, qui fuit ritus. ~~Sab.~~ ut T. Vespasianus ad milites cum Judaeos dimicaturos dixit. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 425.

Ex Sab. ab urbe condita

ARCA, et Raphanea urbes Judaeae fuerunt, inter quas Sabbaticus amnis fluit, septimo die prorsus arescens. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 425. diffusius lege in litera S. ubi hac clausula incipit. Sabbaticus fluvius est.

ALANI sunt populi Scythiae, ac inter Tanaim, ac Mceotim sedes habent. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 425.

ALBANE urbs est Armeniae, cuius regem Palemonium cum coniuge, ac XII. civitatibus, et D. Bartholomaeus apostolus ad fidem christi praedicatione traxit. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 426.

ANNORUM CXX. tres Parmae fuerunt reperti sub censura T. Vespasiani Caesaris. duo CXXX. Placentiae, unus unus CXXXI. Faventiae, ac mulier CXXXII. tres Arimini CXXXVII. Velleiacij, quod est oppidum citra Placentiam, unus CL. Galerius felix nomine. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 426.

ARIUS Antonius primo fuit appellatus Antoninus Pius, qui ab Adriano Caesare fuit adoptatus, et mortuo in imperio successit. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 429.

AQUILEIENSIS fuit Pius primus Pontifex Maximus sub Imperio Antonini Pij Caesaris, et usque ad tempora M. Antonij, ac L. [illegible] pervenit. ~~Sab. l. 4. Enn. VII. fol. ...~~ hic ab Hermete, quo familiariter est usus, librum ...

Ex lib. Sab. ab urbe condita:

in quo Angelus sub pastoris persona mandat, ut Pascha die Dominico celebretur. quod, u- [illegible] Pius constituit, et ne ex Judaica haeresi quisquam baptismo admitteretur. Thermas in uico Patritio in templi usum conuertit, quas Praxedes eximiae sanctitatis foemina D. Potentianae sororis suae nomine extruxerat, atque inibi fontem baptismi constituit. sacerdotibus poenam irrogauit, qui Christi corpus, et sanguinem negligentius contrectarent. si, inquit, ex his aliquid in terram deciderit, XL dierum poenitentiam agito, si super altare trium dierum. si super linteum quatuor, si in aliud linteum nouem. ubicunque uero fuerit effusum, lambitu recipito, si recipi potest. sin minus lauetur linteum aut radatur. lotum, et rasum concremetur. aut sacrario inferatur. Sab. l. 4. Enn. VII fol. 429. [illegible]

M. ANTONIUS. et L. Verus eius frater Antonino Pio successerunt in imperio. L. Verus defunctus uita est in Venetis XI anno. quam imperare cum M. coeperat. cum ex Concordia ambo eodem curru peterent ALTINUM, subito sanguinis ictu, Graeci Hipoplexim uocant. Sab. l. 4. Enn. VII fol. 430. Idem l. V. Enn. VII fol. 432. Dum igitur (inquit) ex Aquileia Concordiam, mox inde Altinum uehiculo petit, subita in morbi oppressus pro defuncto Altinum delatus post biduum expirauit.

Ex Sab. ab orbe condito.

AVGVSTVS mensis à cõmodo Caesare Commodus appellatus est, September Herculeus, October Inuictus. Nouember Superatorius, December Amazonius: totidem siquidem ipse cognomina usurpabat. Sab. l. v. Enn. VII. fol. 433.

ATRAS fuit urbs Atrenorum Asiae populorum, qui Arabiae foelici finitimi sunt. Sab. l. v. Enn. VII. fol. 435.

ALBAE uestes olim in mulieribus fuerunt lugubres. Sab. l. v. Enn. VII fol. 436.

ARCENA Syriae fuit urbs, in qua natus est Alexander Mamaeae Caesar. Varius illi pater fuit, sed Mesa auia mandato Antoninus Caracalla creditur. Sab. l. VI. Enn. VII fol. 440.

AGON circus Flaminius Romae urbis hodie uocatur. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 441.

ANTEVS à plerisque Maximinus Caesar ob rigorem roboris uocabatur, à multis Hercules et Milo Crotoniates. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 441. Idem ob animi saeuitiam, et immanitatem à quibusdam Cyclops, ab alijs Busiris, Phalaris, et Typhon dicebatur. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 442.

ANTONIAS poema fuit Gordiani primi Caesaris in XXX. uolumina diuisum, quibus Antonini Pij et M. Antonini Caesarum gesta complexus est. Sab. l. VI. Enn. VII. fol 442.

AQVILEIAE Quintilius Caesar XXXV. qui Claudio Caesari eius fratri successit ex senatus decreto, interfectus est. Vopiscus autor est Quintilium sibi uenas

Ex Sab. ab urbe condito.

scripsisse, ut audivisset Aurelianum Imperato-
rem ab exercitu salutatum. Sab. l. VII. Enn. VII.
fol. 447.

AQUILEIENSIBUS senatus Romanus
scripsit de creatione Taciti Augusti, qui
Aureliano successit. Sab. l. VII. Enn. VII.
fol. 449

AQUILEIENSIS fuit avus Chari Caesaris
ipse tamen natus Mediolani, ut Vopiscus ait.
Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 449. Charus
Numerianum filium et caesarem dixit, cuius
tanta fuit eloquentia, ut senatus statuam,
quam illi vivo posuit, ita inscripsit. Nume-
riano Caesari oratori sui temporis potentissi-
mo. Sed quam Charus pater, Numerianusque
populari insania fuere; tamen Charinus, qui ambo-
bus superfuit, flagitioso, et tyrannico. Sab.
l. VIII. Enn. VII. fol. 451.

ALEMANNI populi Sabellico videntur ii,
qui circa Lemanum lacum incolunt Narbonensi
Galliae inserti. Sab. l. VIII. Enn. VII. fol.
451.

ALSA Venetiae fluvius est non procul
Aquileia, iuxta quam Constantinus magni
Constantini filius cum Constantium fratrem
inconsultius dimicans occubuit. Sab. l. VIII.
Enn. VII. fol. 455.

AQUILEIAE Maximus, qui a militibus
Imperator in Hispania fecit salutatus, et Gratia-
num Caesarem Lugduni obtruncavit, a Theodosio
Iuniore

ex sab. ab orbe condito.

Juniore Caesare obsessus, captus, et capite mul[c]tatur est. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 459.

AQVILEIENSIS presbyter fuit Rufinus uir eruditissimus, ac D. Hieronymi fuit coaetaneus. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 461

AQVILEIAM Stilico Vandalus Theodosij Caesaris dux cum exercitu profectus est, ut Alaricum regem Gothorum Italiam infestantem auerteret, qui ad Polentiam uicum castra metatus est duobus, et uiginti millibus passuum à Rauenna distantem. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 461.

Ex Lazio de rep. Romana:

ex Altinij uetustiori nomine contractis syllabis
Tolnam appellant, locum tribus uetustissimis
Abbatijs insignem, ubi quondam Romani cuneum
Equitum Fortensium, et equites
sagittarios habebant. et cuius nominis capi-
tolinus in uita Antonini Veri mentionem facit
scribens. Compesito aut bello in Pannonia
urgente Lucio Aquileia rediret, quod urba-
nas desiderabat Lucius uoluptates, in urbem
destinatus est: sed non longe ab Altinio subito
in uehiculo morbo, quem apoplexin uocant, cor-
reptus Lucius depositus ex uehiculo detracto
sanguine, Altinum perductus est, cum triduo
mutus uixisset, apud Altinum periit. quam
historiam scribens Orosius libro VII. cap. IX
in Pannonia uanum obijsse aperte testatur.
Annius, inquit, Antoninus Verus ad id bellum
profectus est. ac uersus. ac non multo post,
dum cum fratre in uehiculo rediret, casu
morbi, quem Apoplexiam Graeci uocant, suffo-
catus, in Pannonia interijt.

AQVILEIA ditionem habuit usque ad
Danubium. Lazius cap. XIIII. l. XIII.

AQVILEIENSIS ecclesiae ditioni suberat
templum D. Petri, quod Viennae Carolus
Magnus Imperator extruxit. Lazius cap.
primo sect. 2. l. XII. Arbitror, inquit, a
templo loci appellationem nouatam, post Caroli
Magni aetatem. Is enim cum in Fabiana, quae
modo est Vienna Austriae, D. Petro sacram
aedem posuisset, proximo (ut uerisimile est)
municipio beati Petri Apostoli filiae templum
consecrauit. quod celebre postea factum Aqui-
leiensis Patriarchae ditioni cessit. unde legi-
tur in exordijs monasterij Gotuicensis, quod
S. Altmannus circa annum Dni 1072. a
Sigcardo

Ex Lazio de rep. Romana.
Sigeardo Patriarcha Aquileiensi impetravit capellas ad S. Petrum in Fabiana, ad S. Petronella, et tertiam in Chamenburgo.

AQVAE Civitas est Pannoniae superioris quam Lausnicius, et Vestriaus fluvius praeter labuntur. Lazius cap. VIII. sect. 3. l. XII.

ASSIVS vir Romanus fuit, quod patet hac inscriptione, quam Lazius cap. 8. sect. 4. l. XII. ait esse in quodam monasterio Velocianis.

DIS M. SACR. STATIVS V. FI. SATVR=
NINVS OC. STATI SEIA NOT. EX VOTO
EX DEC. AL. CC. ASSIVS SILVESTER
VET. LEG. IIII. FL. EX SIG.

AEMONAE videre in Iggio supra Labacum extant. Lazius cap. 3. sect. 4. l. XII. Idem cap. III. sect. V. l. XII. Idem cap. 4. sect. V. l. XII.

AQVILEIENSES Patriarchae Feuda alia Norici regionis, quam Plinius Celeiam dicit, concedebat. Lazius cap. VI. sect. 4. l. XII. comitum, inquit, Celeianorum, quondam Catrum, inquit, Sternbergensium, ac Haimburgensium primordia repetuntur a Diis castri Saanchi libris feudum antiquam Franconum consuetudinem, quorum vixit Vdalricus anno 1300. ab Ottobono Patriarcha Aquileiensi multa feuda consecutus. Secutus est Leopoldus cum Friderico filio, qui a Patriarchis Aquileiensibus Ludovico, et Beltramo impetravit Reifniam, Neuchirchium, Lamburgum, et S. Petrum anno 1335.

Ex comment. Lazij de rep. Romana.
Neapoli.

M. BASSAEO M. F. PALLAXIO PATR.
COL. CVR. R. P. IIVIR. ANNI. PROC.
AVG. VIAE. OST. ET CAMP. TRIB. MILIT.
LEG. XIII. GEM. PROC. REG. CALABRIC.
OMNIBVS HONORIBVS CAPVAE FVNCT.
PATR. COL. LVPIENSIVM PATR.
MVNICIP. HVDRVNTINOR. VNIVERSVS
ORDO MVNICIP. OB REMP. BENE
AC FIDELITER GESTAM HIC PRI-
MVS. ET SOLVS VICTORES
CAMPANIAE.

Lazius cap. 20. l. VI. s. II.

Buccellatum cibus castrensis est. hodie biscottum uocant. Marcellin. l. XVII. Firmato, inquit, consilio, uiginti dierum frumentum, ex eo quod erat in sedibus conseruandum, ad usus diuturnitatem excoctum. buccellatum uocant, humeris militum imposuit. Lazius cap. XV. l. 2. Idem Buccellarios milites equites cataphractarios uocat, ibi eos, qui annona minima uiuebant.

Baiuli uocantur onerum grauium portatores Vacchinos Itali nominant. Lazius cap. VI l. 4

BVBIVS uir fuit Romanus. Appian. Alex. 2. ciuilis belli. Multitudo (ait) denique holcadum, et ratium ad uasa comportanda. uectores plurimi in his distributi, quibus M. Bubius praerat. Lazius cap. VI. l. 6.

BANDVM à Langobardis uexillum dicitur. Paulus Diaconus cap. XIII. l. primi. Lazius cap. V. l. VII.

BVDA urbs Pannoniae Sicabria olim uocabatur. lege infra in lit. S. ubi hec dictio incipit Sicabria.

Ex Latio de rep. Romana.

BUSA est Daciae castellum, quam hodie Transsyluaniam dicunt, prisci Habusam dixere. Lazius cap. X. sect. 2. l. XII.

BURGUS a populis Daciae Uuar dicitur, unde celeberrimae ciuitas Daciae [illegible] Clausenburgum Germani appellant. Lazius cap. X. sect. 2. l. XII.

BASSIANA Pannoniae ciuitas est, quam Dynzio Attilae filius a Gothis occupatam obsedit. Lazius cap. VII. l. XII.

BRENCI Pannoniae populi sunt, quos Plin. libro 3. cap. 25. ad ripam Draui collocat, ubi [illegible] oppidum fuit, quamquam corrupte ibi [illegible] litera n in u uersa. Ptol. etiam Breucos populos inferiori Pannoniae describit [illegible] Lazius cap. VI. l. XII. qui opinatur populos illos esse, qui ab audacia ex Graeca Brencos [illegible] Franci hodie nuncupantur. Et Philippus Melanchtonem ita opinatum scribit.

BAR Hunnorum lingua oppidum, seu burgus dicitur. unde Procopius [illegible] historia tradit Hunnos dictos Sabiros a Persam [illegible] ditionis Bar. tradita. Lazius cap. 2. sect. 2. l. XII.

BANNUM dictio Teutonica mera est, ac ditionem significat, unde illos, quibus dictio interdicitur exilio, Verbannatos Germani uocant. Lazius cap. VII. sect. 2. l. XII.

Bilbilis fuit oppidum Illyrici, quod hodie uocat Biligradum, quod Rudlinur Regulur tenuit anno Dni 1360. Lazius cap. 3. sect. V. l. XII.

BILBILIS Foroiulij oppidum est, ac hodie Spilimbergum uocatur. Lazius cap. p. sect. VI. l. XII. lege infra diffusius, ubi hac clausula incipit. Spilimbergum Foroiulij oppidum.

BVIO nomen Romanum est, ut hac inscriptio patet; quam Lazius cap. VII. sect. V. attestatur esse in Aemona oppido Carniolae, quod Iggum hodie uocatur.

BVIO BROCCI V. F. SIBI, ET
MAXIMAE EPPONIS F. CON=
IVGI SVAE O. AN. LX. ET SE=
VERO BVCIORI F. V. QVIN=
TIO SEVERI F. O. AN. XX.
ET LASON I. D. VOLTA. IONI.

BOIODVRVM Vindeliciae, seu Norici ripensis oppidum est, cuius meminit Antoninus.
BOIODVRVM Ptol. l. 2 cap. 13. tabula V. Europae uocat, codex uero praefecturarum Boiodunum. Lazius cap. primo sect. VII. l. XII. attestatur hodie dici oppidum hoc Pataniam, quod ibi tribunus cohortis nonae Batauorum comoratus sit, unde ~~Eugippur~~ uti, codex praefecturarum innuit. Eugippus Batauum illud nominat in Noricorum historia de peregrinatione S. Seuerini mentio
[illegible] non

Ex Lazio de r. p. Romana.

nem faciens immutavit enim nomen, et à Boioduro à castris Batavorum, quæ illic erat, Batavum, seu Bataviam dixere, postea litera B immutata in P fuit, et Patavia, nuncupatur, quæ civitas trans Oenum fluvium est Boiotrum a Germanis vulgo dicitur. et quod Boij eã condiderint, Boiodurum prius vocata

BOIOARIA Vindelicia fuit denominata Bois populis, qui à Marcomanis pulsi ex Boiohemo civitatem Boiodurum condiderunt qua à castris Batavorum illic commorantium Batavum, sicut Eugippus scriptor Heruleorum ait, ut vero alij plurimi, Batavia postea nuncupata est. hodie Patavia dicitur, et trans Oenum posita est.

BAVARIA hodie corrupto vocabulo Vindelicia ipsa nuncupatur, quemadmodum similiter pro Fabianna, vel Bianna Viennam, pro Labaco Lubianã deterquendo ad aliquas notas latinas vocem pronunciare patres nri, ac praecipue externi consueverunt. Lazius cap. 3. sect. VII. l. XII. &c.

BVTEN castrum, et fluvius est Austriæ, et vallis Butena Lazius cap. 2. sect. VI. l. XII. lege diffusius in Austria, ubi hæc clausula incipit, cum litera C. ad Austriam. &c.

BVRII Germaniæ populi sunt, et Marcomanorum, et quadorum claudunt terga. cultuque, ac sermone Suevos referunt. Corn. Tacitus de moribus Germanorum. Lazius cap. VI. sect. VII. l. XII. hodie Brandeburgiis dicuntur

Ex Lazio de rep. Romana.

dicuntur. Vicingur uero scriptor, Lazio autem Bremnabuuior appellat.

BVSIRIS frugare Dardani regis Troianorum in Aegypto regnauit, ac Thebas Aegypti urbem condidit. alius postea ibi et regnauit, qui post Menam Aegypti regum quinquagesimus regnauit. Sab. l. 4. Enn. 8. fol. 21.

Ex Sabellico ab orbe cōdito.

BVDINI populi Scythiæ sunt, qui cæsios habent oculos. Sab. l. 9 fol. III.

BECCVS à Phrygibus nominatur panis. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. XIII.

BVSIRIS tempore Dardani regis Phrygiæ in Aegypto regnauit, ac Thebas urbem condidit, quæ dicta Heliopolis etiā est, hoc est, urbs solis. alius etiam huius nominis regnauit Busiris: qui post Menam regem fuit quinquagesimus. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 21.

BOREAS Astrei filius Thracibus imperauit eo tempore, quo Aiothus hebreus Eglonem Moabiticum regem in Hiericunte urbe obtruncauit, et Judæos à seruitute liberauit. Orithyam Boreas Erichthei filiam rapuit, ex qua Zetum, et Calaim natos suscepit comites Jasonis in colchicam expeditionem. Sab. l. v. Enn. 3. fol. 25.

BATTHVS lingua Punica regem significat, unde Batthus in Thera insula Aegæi natus uocatus est, ab oraculo tanquam in Africa esset regnaturus. Batthum alij ab exili, et balbutienti uoce dictum autumant. Is Cyrenen, ac Zoam in Africa condidit. Sab. l. v. Enn. 3. fol. 26.

BVGEI uocati fuerunt Cretenses ij, qui Minoe rege in Sicilia amisso in Italiam transfretarunt, ac inde postea in Macedoniam consedere. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 71.

Ex Sabellico ab orbe condito.

BVTES ciuitas Aegypti fuit, ubi oraculum Latonae reddebatur. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 81.

BORISTENES oppidum est Scythiae quod Milesij condidere. Olbia et dictum est, a fluminis ostio distat stad. CC. Boristhenes is fluuius uocatur, et maximus post Istrum Europae fluuius est. Herodotus cum ab Aquilone per Scythiam incertis, ut Nilus in Africa, fontibus fluere opinatur. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 82.

BRVTVM Romani hominem stupidum, et amentem uocabant, inde Iunius Brutus, qui Tarquinios eiecit dictus est Brutus, quod amens, ac stupidus credebatur. Sab. l. VI. Enn. 2. fol. 97.

BARCE oppidum Africae fuit, quod filij Batti secundi ab Arcesilao fratre cyrenes rege pulsi condidere. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 107

BRYGES populi fuerunt Macedoniae fuerunt, et in Asiam migrarunt, Phrygesque ibi nuncupati sunt. Sab. l. 2. Enn. 3. 128. f.

BITHINI Asiae populi sunt, ac eo ex Thracia profecti sunt, at Strimonij dicti Thraciam ipsam tenuere a fluuio, quem accolebant, nuncupati. Sab. l. 2. Enn. 3 fol. 128. Idem l. 3. Enn. VI. fol. 357.

Ex Sabellico ab orbe condito.

BVTES uir fuit Persa, et eionasdam praesidij in Thracia. Cymon Atheniensis illum obsedit adeo ut fame inopiaque rerum omnium adactus urbem incenderit, ipseque rogo iniectus se cum amicorum plerisque superinjecerit. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 130

BVSTA Gallica locus in urbe Roma fuit uocatus, ubi corpora Gallorum capitolium obsidentium tedio humandi concremata sunt. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 87.

BOLA urbs Equorum Latij populorum fuit quam Camillus dictator ui cepit. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 189.

BENIVOLENTIA rex, non armis communitus esse debet, ut Periander ille Corinthius sapiens dictitauit. Sab. l. 3 Enn. 4. fol. 201.

BOVIANVM Samnitum Italiae populorum fuit urbs. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 203. f. 231
infra diffusius in litera P. ubi haec dictio magis(?) Romam(?)
C. Iunius Bubulcus consul illud expugnauit. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 234
BENEVENTVM ciuitas fuit Samnitum, et hodie etiam extat. Sab. l. 3 Enn. 4. fol. 20[illegible]

BOETIS Gazae urbis Palestinae fuit praefectus et uiuus capta urbe in manus Alexandri magni deuenit, cum lora per talos traiecto et curru alligato Alexander per totam urbem distrahi fecit Achillis exemplum, a quo esset prognatus, imitari se dictitans. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 214.

Ex Sab. ab urbe condita.

PATRIA est, ubicunque uir fortis sibi sedē delegit, ut Nabarzanes, qui unà cū Besso Darium Persiæ regem interfecit, ad Alexandrū magnū scripsit. Sab. l. V. Enn. 4 fol. 221

BARCE urbs est Indiæ, quam in ripa Indi fluminis Alexander magnus condidit. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 230.

BENEVOLENTIA optimum regni fundamentum, ac præsidium est, ut Demetrius rex ait. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 242.

BERIA fuit urbs Macedoniæ. Sab. l. VIII Enn. 4. fol. 244.

BRENNVS rex fuit Gallorū, qui Romanos ad fluuiū Alliā uicit. Fuit alter Brennus etiā, qui Delphos urbem, ac templū Apollinis spoliare uoluit. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 248.

DELPHICVM Apollinis oraculū in eminentiori Parnasi montis iugo. planities ibi erat exigua, et in ea profundū, & arcto foramen quod ad oraculū patebat. ex illo frigidus spiritus ui quadā, ueluti uento in sublime expulsus in furorem et amentiā afflatas uirgines uertebat. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 248.

BRVTII populi Italiæ pastores fuere Lucanorū, etiā Brutia mulieris nomen adoptā sunt, aliqui uolunt Brutios dictos, quia Lucanorū fuere fugitiui, et rebelles. Brutios enim Lucani fugitiuos, et rebelles uocant. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 249. item l. 3. Enn. 7. fol. 202

Ex Sab. ab orbe condito.

BVRA fuit urbs Achaiae, quae una cum Elice, ac Helice assidue terremotu concidit. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 263

BARCHA fuit cognominatus Hamilchar pater Annibalis ducis Carthaginensium, a quo Barchina factio habuit denominationem. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 264.

BELLVM, equidem fugiendum est, haud tamen ita fugiendum, ut omnia, ne in id incidamus, sustinere, ac perpeti velimus, nec Pindarus omnino in suis poematibus Thebanos cives suos hortatus est, qui ita monuit, ut caeteris postlutis pacem duntaxat, et tranquillitatem amplecterentur. Est pax, si iusta sit, et honesta, omnium rerum pulcherrima, atque optima. caeterum nihil faciendo iniustum, aut turpiter patiendum, ut pace frui possimus. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 276.

BENEFACTOR lingua Aegyptiorum Euergetes appellatur. Sab. l. 2. Enn. V. fol 278

L. BANTIVS civis Nolae urbis fuit, ac princeps iuventutis ~~fuit~~. is in primis rem ad Annibalem trahebat, quod Cannensi strage ex caesorum cumulo semineceam extractum diligenter curasset, eoque hostis beneficio iniuriam a Romanis alienatum, et ad res novas spectantem Marcellus Praetor ~~consul~~ intelligit, beneficio magis, quam supplicio hosti eximendum existimavit, equo itaque insigni eum donavit, et quingentis bigatis nummis. inde maiora in futurum pollicitus lictoribus imperat, ut quoties vellet Bantius, darent illi ad se aditum. qua Praetoris munificentia ferox iuvenis adeo mutatus est, ut ut socium neme fideliorem opera Romanis eo deinceps viro exhibuerit. Sab. l. 3 Enn. V. fol. 280.

Ex Sab. ab urbe condita.

Bestia Appia, et Faucula Cluuia foemina Campana fuerunt, quae capua urbe à Romanis capta o(mn)ia bona sua, et adeptae. M. siquidem Attilius Regulus attestatus est: Cluuiam Romanis captiuis [struck] furtim alimenta subministrasse. Appiam pro custodia populi Romani quotidie sacrificasse, Sab. l. 4. Enn. V. fol. 291.

BAHTIA urbs Apuliae fuit non procul à Vainusia. inter utramque M. Claudius Marcellus, et Quinctius Crispinus consules castra cont(ra) Annibalem mouati sunt. Sab. l. 4. Enn. V fol. 294.

BACCHANALIA ex Hetruria urbem Romam fuere adducta, et ibi à quodam Graeco ignobili sacrificulo [struck] instituta primo interdiu, et tribus tantum anni diebus fiebant à mulieribus. postea Ε... na sacerdos uelut deis monitu o(mn)ia immutauit, et pro tribus sui anno diebus, quinos initiorum singulis mensibus fecit. ac inde permixtis cum mulieribus uiris à nullo flagitij genere cessatum, pluraque ibi fiebant tam uirorum, quam foeminarum stupra. siqui minus patientes dedecoris essent, pro uictima immolabantur. uiri uelut mente capti cum phanatica iactatione corporum uaticinabantur. matronae bacchano habitu passis crinibus cum facibus ardentibus ad Tyberim decurrebant. Posthumius Albinus consul ex delatione Hispalae, ac Ebutij ea sustulit, et M. Catanium, Att Faliscum L. Opitergianum, et Minium Cerinium

Sacerdotes

Ex Sab. ab orbe condita

Sacerdotes Bacchanalium antistites sacrorumque cum omnibus, qui stupris, aut caedibus violati essent, neci dedit, Hispalae, ac Ebutio singulis centena millia aeris ex publico dari. additumque, ut Hispala ingenua nuberet Sab. l. VII Enn. VI. fol. 319

BALEARES insulae à Graecis Gymnasiae nuncupatae sunt. dubium à teli missu, quia funda usus apud eos esset frequens, et, ut quidam tradunt, hic genus inventum, an à Baleo Herculis comite, ibi relicto ab Herculo, cum Hercules ad Geryonem navigaret. Caecilius Metellus eas subegit Balearicus ideo nuncupatus est. Sab. l. primo Enn. VI. fol. 339.

BESTIA cognominatus fuit L. Calpurnius ~~Pi~~ consul ob rem contra Jugurtham in Africa pessime administratam Sab. l. 3. Enn. ~~399 fol~~ VI. fol. 342.

BOLUS Cymbrorum fuit Regulus, qui M. Aurelium Scaurum L. Cassii consulis legatum ferro traiecit, dum captivum cum Italiam accurrerent vellet Cymbris suadere, ne tenere Alpes superare aggrederentur. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 346.

L. BASILUS, et C. Mancinius duces fuerunt. Decreto Syllae Romam cum exercitu accedens illos praemisit, ut Exquilinam portam insiderent. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 351.

BELINUS ac Sextilius Romani Praetores fuere, qui cum litorum fascibus, ac ceteris magistratus insignibus in manus Pyratarum Ciliciae venere illo tempore, quo C. Caesar, qui Quaestor

postea dictator fuit, circa Pharmacusam ab illis captus est. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 357.

BONAM Deam Phryges Mydae matrem arbitrati sunt. Romani Dryadem puellam Fauni uxorem. Graecorum quidam ex Liberi nutricibus unam fuisse aiunt, quam ne fari quidem liceret. hoc argumento adducti, quod mulieres cum sacra peragerent, vi-
neis tabernacula ramis intexebant, & huic generi sacra fierent. nefas fuit deo huic viros interesse mulieribus, velut erat id sacrum. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 367.

BRITANNICUM quem alij Oceanum vocant, Plutarchus Atlanticum nominat. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 374.

BRITANNIAE insulae mulieres uno tempore denis, et amplius viris matrimonio locabantur, habentque inter fratres cum sororibus communes, parentes cum liberis, ac siqui ex iis nati essent, liberi habebantur. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 374.

BELGICA fuit urbs Hispaniae, sub [illegible]. Octavius Caesar vicit Cantabros populos, qui in Vinnium montem concessere. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 406.

BIBERIUS pro Tyberio appellabatur Tyberius Caesar, ac Mero pro Nerone. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 402.

Ex Sab. ab orbe condito.

BELINUS rex fuit Britanniae, cuius filium à patre pulsum C. ~~Caius~~ Caligula Caesar in deditionem recepit. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 414.

BEBRIACUM agri Cremonensis fuit oppidum inter Padum. ib Othonis exercitus à Vitellianis fusus ac fugatus est. ~~Plutarch~~ Cornelius BEDRIACUM uocat. Sab. l. 3. Enn. VII fol. 429.

BARIS fuit arx Hierosolymae templo imminens olim uocata, post Mastro, deinde Antonia iussu Herodis regis in gratiam Antonii triumuiri. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 424.

BATAVA urbs fuit Parthorum, quam Traianus Caesar subegit. Sab. l. 4. Enn. 7 fol. 428.

BVREI Germaniae populi fuere, quos M. Caesar una cum Marcomanis, Varistis, Hermunduris, quadis, et suevis ... Sab. l. 4 Enn. VII. fol. 431.

BARBAM Comodus Caesar non radebat, nec capillum non tondebat ob metum, ne interficeretur sed adurebat. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 433

BIBACISSIMVS adeo fuit Maximinus Caesar, ut amphoram uini uno die biberet, et carnis libras sexaginta comederet. Sab. l. VI. Enn. VII fol. 441.

BELENVS Aquileiensium fuit deus, multi Apollinem interpretantur. Sab. l. VII Enn. VII fol. 453

Ex Sab. ab urbe condita.

BARCE urbs fuit Pentapolitanae regionis Syriae, ubi haeresis Sabellii Pentapolitani orta est, qui christum Dei filium esse negabat, tollebatque intellectum spiritussancti. Sab. l. 7. Enn. VII. fol. 446. Ptolemais postea haec urbs nominata est.

BELGICA olim vocabatur, quae hodie Burgundia dicitur. Burgundii autem fuerunt Vandali Germaniae populi, quos Drusus Nero, et Tyberius Nero vicerunt, et vicos habitare coegerunt, quos illi burgos dicunt. à Burgis itaque, hoc est, vicis, nuncupati Burgundiones sunt. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 462.

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana, &c.

Carni populi inter Savum, Dravumque, ac Istriam incolunt et Illyrica occidentali [illegible] attribuuntur. Lazius cap. VI. l. primi fol. 70. ex autem [illegible] Alex. de Illyrico.

Cisara oppidum fuit, [illegible] ac civitas [illegible] muro, [illegible] vallo, et fossa [illegible] hoc, [illegible] Cisa, qua ibi religiose colebatur in templo ex lignis constructo [illegible] cap. VIII. l. primi, fol. 85. citatur [illegible] litera [illegible] ubi haec clausula [illegible] Urbs, Civitas, oppidum [illegible]

Clarissimi, Perfectissimi, Illustrissimique vocabantur [illegible] Praefecti Praetorio, Provinciarum, Praesidesque. [illegible] cap. [illegible] primi [illegible] fol. 127. 132.

Cardinales urbis Romae, primi [illegible] regionum Curatores, seu praefecti vocabantur, cum enim Romani adscripti essent fidei Christianae, loco curatorum regionum Episcopi, seu presbyteri, ac Diaconi [illegible] [illegible], qui religionis [illegible] sollicitarent, [illegible], qui postea [illegible] gratia Praesides Asiae, Cardinalesque appellati sunt [illegible] cap. [illegible] l. 2. fol. 137

Cancellarius princeps notariorum appellatur, et Cancellaria domus, qua notarii habitant. Sunt qui a cancellis [illegible] per diminutionem deducant, propterea quod scribae [illegible] seorsim habeant transennis quibusdam separata a [illegible], qua instar cancellorum [illegible] fenestra [illegible] rustica. [illegible] huius aedificii pariter intrinsecus [illegible] [illegible], ubi [illegible] assidere possint [illegible] [illegible] ad [illegible] in [illegible] transversi [illegible] ad gradatim [illegible] intervallis [illegible] speciem cancellorum [illegible] ac [illegible] ex quibus urbis liquet cancellarios fuisse [illegible] miscellanea turba in theatro [illegible]. [illegible] cancellos primos [illegible] [illegible] ex quibus [illegible] apparet cancellorum [illegible] Alciat.

Ex commentar. Lazij.

Scrinariis ad scribendum accomodatos. Lazius cap. 4. l. 2. S. Cancellarius quaestor candidatus a gestis vocabantur Lazius cap. 14. l. 2. ex autoritate Cassiodori VI. uariar. cognitionum.

Comes nomen dignitatis est, atque is uocabatur, qui Augustum, in prouincias proficiscentem comitabantur, hodie istiusmodi sunt fere Consiliarij, et ad mensam ministrantes. Octo Comites fuere: Comes largitionum sacrarum, Comes rei priuatae, Comes domesticorum, Comes Protectorum, Comes sacri patrimonij, Comes Scholariorum, Comes Consistorianus, et Comes Rationalis. Comes aerarij, et plures alij. Comites largitionum sacrarum patrimonij, ac rei priuatae Illustres uocabantur. Unde Cassiodorus libro primo priuatarum Julianum Comitem patrimonij uirum illustrem uocat, et similiter libro quarto Senatorum Comitem priuatarum. Comites reliqui, Spectabiles dicebantur. Cassiodorus 2. Priuatarum ad Stephanum primi ordinis Comitem. Hinc est (inquit) quod Spectabilitatis honorem, quem militiae detersis iusta dignitate antiquitas, huius autoritate tibi conferimus. Lazius cap. XI. l. 2.

Commercium dicitur, quum res uulgo, ac omni possent eiusmodi sint res prophanae, nam res sacrae, in hominum commercio minime sunt, sicuti ait Ulpianus ff. de uerborum obligationibus. et de inutili stipulatione in § idem iuris est in institutis.

Curiosi uocabantur, olim qui agentibus in rebus dicebantur, et qui publico cursui praefuerant, qui ut tum dicitur, Militiae, Praesidum, ac reliquorum in prouincijs, inspiciebant, et ad Praefectos Praetorij, uel ad Principem referebant. Hi siquidem non modo Praetor, aut Consul, sed priuati etiam mittebantur, qui Prouincias discurrent, ac de illis referrent. Lazius cap. 12 l. 2. Aquilius Verus auro. Hi quidem (inquit) curiosi sunt, sed qui iidem

Ex comment[illegible]

ucliun. scire [illegible], [illegible]: [illegible] cum
comitibus proscriptis [illegible], mortem comitis
perderet. Lazius [illegible] hodie magni [illegible] dicti fuere [illegible]

Capitatio genus tributi fuit, quod pro singulis
capite solvebatur: qui [illegible] capitationis exigebant, Peraequatores appellabantur.
Caius imperator ab hoc tributo Thessalonicensem ecclesiam exemit. l. sacrosancta. [illegible]
sacrosanct. ecclesiis. Lazius cap. [illegible]

Calendaria libri [illegible] ideo dicti, [illegible] quod
Calendis [illegible] exigebantur. Lazius cap.
LXIIII. l. 2.

Cursus publicus et [illegible] olim vocabantur, quem hodie
[illegible] [illegible] [illegible]
Lazius cap. 14. l. 2. [illegible]

Carm. et Stygi convivia funebria celebrant, ubi sacer-
dotes ac vicini [illegible] filii, et
cognati [illegible] conveniunt in exequiis, anni-
versariis quoque [illegible] l. 9. Dec. IIII. P. Licinius, ait,
funeris causa [illegible] [illegible]
pugnaverunt, et ludi funebres [illegible]
ludos [illegible]. Virg. 3. [illegible]
Praeterea portis, classes, et [illegible]
Solemnes tum forte dapes, et tristia dona
Ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam
Libabat [illegible] Andromache. Item [illegible].
Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat
Anchisae magni, manesque Acheronte remissos
Lazius cap. III. l. tertij.

Coena multiplex apud veteres fuit [illegible]
Acromatica, Pontificalis, [illegible], Adventitia,
Novendialis, Philosophica, et Nepotia. Item coena [illegible],
et coena commessatio. Coena recta [illegible] clientibus dabat
opipare

Ex com. Lazij

ac modum omnibus imposita recta dicebatur, quia

continuo ordine recti assidebant. Suetonius in Augu

conuiuabatur assiduè, nec unquam nisi recta

na (sine) magno ordine, hominique delectu. Martia

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Coena dapsilis, hoc est lautissima [illegible] apud

Graecos dapsilis dicitur abundantia. Suetonius in

Vespasiano, Sed et conuiuabatur assiduè, ac saepius

recta, et dapsili, ut macellarios adiuvaret.

hoc alludit Plautus in Aulularia: Istas magnas

factiones, dotes dapsiles nihil moror. [illegible] ubi

de Asino aureo. dapsilem coenam facundius appellat.

metaphorice [illegible] celebre. Coena aroumentaria [illegible]

[illegible] festiuius [illegible] celebrari [illegible]

nibus. Coena Pontificalis dabatur lautissi

ma in eius creatione. Coena Duodenaria

qua in [illegible] duodecim [illegible]

cum conuiuis duodenarius efficiebat, [illegible]

numero habita XII. Deorum accubebant

et sub Augusto conuiuatio autor est.

uti Suetonius Augusto. Coena [illegible] qua aliquis

in [illegible] adueniens [illegible]. Coena Hecaten

[illegible] Hecate sacro fiebat.

[illegible] IIII [illegible] frugalissima fuit.

Coena Philosophica quae frugalissima fuit.

Coena sportula, quae pauperibus

dabatur, et [illegible] philosophica differ

rebat. Coena Repotia, quae apud nouum

sponsum postridie nuptias [illegible] et alibi

[illegible] in ea celebrantur. Sic autem dicta

existimatur quod potatio reficitur [illegible] quid

est, quod potatio [illegible]

Horatius

Illa repotia Natales, aliosque dierum

Festos albatos celebret.

Comissatio dicebatur, quae post coenam fiebat.

Lazius Cap. III. [illegible]

Ex com. Lacij de rep. Romana.

CVRTILIVS fuit uir Romanus, ut hac ex
rhapsodia legere est, qua esse Romae Lazius cap. 16. l. 3. ait

CVRTILIVS HERMEROS FECIT SIBI ET
CVRTILIAE THETIDI CONIVGI SVAE
CHARISSIMAE ET LIBERTIS LIBERTABVSQ.
SVIS POSTERISQ. MAGISTER VICI
AB CYCLOPIS REGIONE PRI. FABER
ARGENTARIVS

CASTRA et statiua plurimi in locis Romani
ad ripam Istri per tractum Illyrici, et in Rhetia
construxerunt, quae postea praesidio abeunte facta
sunt barbarorum municipia, ut quae
sunt Rhetobonna, Batauia, Comagenum, Fabiana,
Sicambria, Carpis, et Teutoburgium. Ibi
enim fuerant statiua Rhetorum, Bataurum,
Comagenorumque, Fabianae cohortis, Sicambrorum,
Carporum, ac Teutoburgiorum. Lazius lib. [illegible] III.
l. 4.

Castra hyberna Romani ad ripas maiorum
statiua uero ad ripas minorum
fluminum [illegible] in mediterraneis [illegible]
[illegible] quod hybernis temporibus amnes glacie
indurati efferant barbarorum [illegible] in
Romanam ditionem portas, aestatis uero
tempore hinc liquefacti latius diffluerent
et ita essent barbaris impedimento, ne
transirent. Lazius cap. 4. l. 4.

Concordiae sagittarij optimi fuisse olim celebrantur.
Lazius cap. [illegible] l. 4. [illegible]

Ex com. Lazij de rep. Roman.

Commeatus licentia significat. T. Liuius l. dec. 3. Signis aquarum (inquit) suos iussisse duobus, commeatum do, primo uere, edicito. Idem l. 3. eiusdem. Et deinde (ait) per omne agmen tamquam magna parte sine commeatu ab signis dilabebantur. neque alia latebra, quam Capua desertoribus erat. Lazius cap. 8. l. 4.

Congiarium mensurae, ac liberalitatis nomen est. Quintil. VI. institutionum. Congiarium (ait) commune nomen est liberalitatis, atque mensurae. Lazius cap. ...

Contuber. Classiarius ab Ungaris Vaiuoda nominatur. Lazius cap. x. l. 4.

CAMPILLUS uir Romanus fuit, ut Lazius cap. x. L. 4. hac inscriptione insculpta Romae ostendit.

D. M. S.

T. CAMPILLIO T. F. MANIPULARI. VIX. AN. XXXIX. D. XVI. CAMPILIAE FESTAE SORORI SUAE. VIX. AN. XXII. MENS. III. D. VI.

CASTELLA diminutiuo uocabulo à castris nuncupata sunt. Lazius ex antiquis Vegetij cap. xii. l. 4. Lege diffusius in litera A. ubi, hac dictio, incipit Angaria ...

Caterua Gallis, ac Germanis olim praecipuae fuerunt, sicuti phalanges Macedonibus, milites inde Caterua ... nominati sunt. Lazius cap. xiii. l. 4.

Caterua Gallorum Celtiberorum, et aliorum plurium Barba-
rorum praecipua fuerunt. Phalanges Macedonum
Graecorum, et Dardanorum, Legiones autem Romano-
rum. l. xxxiij cap. 2. l. primi. Macedones, ait,
Graeci, Dardani phalanges habuerunt, et in una
phalange octo millia armatorum conserebantur.
Galli, atque Celtiberi, pluresque Barbaricae
nationes Cateruis utebantur in proelio in
quibus erant sena millia armatorum. Romani
in Legiones habent, in quibus singulis
sena millia, interdum amplius militare
consueuerunt. Lazius cap. 1. l. v. Arrianus
aut de instruendis acie magna (inquit) ex
parte Phalangem grauis armaturae numero
xvi. mill. 384 instituti censent oportere.
Leuis armaturae duplo eius numeri. Itemque
leuis subduplo Equitum. Phalangem describunt
numerum 16. mil. 384 numerum dimidiari subinde
usque in unitatem potest.

Claudia fuit cognominata Sabaria urbs Panno-
niae, ut Plin. ait cap. 24. l. iij. Lazius
cap. 13. l. v.

Claudiana fuit legio VII. a Claudio Caesare
cognominata, cum in [illegible] ciuili bello
inter Vespasianum, ac Vitellium gesto, et in
Italiam ab Othone abducta, Corn. Tac. l. 18.
autor est. Tertia (inquit) legio exemplum caeteris
Moesiae legionibus praebuit. Octaua erat, et Septi-
ma Claudiana imbuta fauore Othonis, quamuis
proelio non interfuissent. Aquileiam iam pro-
gressae, proturbatis qui de Othone nunciabant
laceratisque vexillis nomen Vitellij praeferentibus
Idem l. XIX. Sisteret (inquit) XIII. legionem in
ipso

Ex com. Lazij de rep. Romana.

ipsa uia Posthumia aggere iubet, cuncta à laeua Septima Galliana patenti campo stetit, dein VII. Claudiana agresti fessa praemunita. huius legionis monimentum Romae hoc est ut Lazius cap. XIIII. l. V. attestatur.

M. ARTORIVS M. F. PAL. PRISCILLVS
VICASIVS SABADIANVS TRIB. CON.
XV. VOLVNT. C. R. TR. LEG. VII.
CLAVD. PIAE FID. PRAEF. ALAE I
PANN. IRAES MON. IIS BERENICIS
FLAM. D. AVG. PATR. COL. EPISTRA:
TES. THEBAR. EX VOTO.

CELINA Foroiulij monumentum hoc habet inscriptum. Lazius ait cap. XX. l. V. Troia cilia non procul à Hanperto ascribit.

C. HOSTILIVS ET EGNATIVS VEITOR XV. LEG.
TRIB. P. S. P. Q. R. CVM BARBARIS
DIMICANTES PARITER OCCISI HEIC
PARITER IACENT SINGVLARE POSTE:
RIS EXEMPLVM ET CHARITATIS. ET
FORTITVDINIS. CELINENS. XXI. DIES
ATRATI LVXERVNT.

COHORS à chorte, id est, uilla dici existimatur, quod ueteres, quanta manus ex cohorte, id est, uilla exire ad bellum posset, ab eo cohortem appellare uoluerint. cohortem autem uillae locum à ~~coer~~ coërcendo pecora, et gallinas dictam existimat Varro l. de lingua latina, et III. de re rustica. hinc facta metaphora est, ut non solum congregatio certa, siue manus militum cohors diceretur, sed omnis quoque hominum congregatio in genere. Suetonius in Hor. dimissus à cohorte amicorum nihil modestius ~~egit~~ uixit. Hor. in quid studiosa cohors operum struit! Cat. Pisonis, comites cohors unanimis. Lazius cap. p. l. VI

Ex commentariis de rep. Romana.

CINTVLLVS vir fuit Romanus, sicuti Lazius ait cap. primo l. VI. ex inscrip. hac Veronae insculpta.

M. CINTVLLVS L. F. POB. SEVERVS MIL. V
COH. V. PR. SIBI ET COLONATI P. F. MAX.
MATRI

CARANTIVS vir fuit Romanus, quod Lazius hac inscriptione ostendit Reatae insculpta.

C. CARANTIO C. F. VOLTINIA VERECVN-
DO VIENNAE VETERANO COH. VII. PR.
DED. VETQ. A. D. VESPASIANO REATAE
ET CARANTIO PHEBO ET CARANTIAE
MA [illegible]

CARATIVS vir fuit Romanus, sicuti Lazius cap. 3. l. VI. hoc paradigmate in S. Vito Carinthiae reperto ait.

T. IVLIVS CONDOLLI. C. CARATIVS MIL.
COH. MONTAN. PRI. STIP. H. S. E.

CORONA urbs est Daciae, quam hodie Transylvaniam dicunt. Lazius cap. 3. l. VI. fol. 734.

CAPITVLARII vocabantur ij Equites à Romanis, qui turmarum praefecti erant. Veget. capita contuberniorum vocat. Lazius cap. 3. l. 6.

Classicum appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. classicum canitur Imperatore praesente, aut cum in militem animaduertitur. Veg. 2. de re militari. Lazius cap. 2. l. VIII.

CONCORDIAE signum erat dextram mutuum complexus inter signa etiam cohortium receptum. Cicero pro domo sua. C. (sequitur)

Martius

Ex com. Lazij de rep. Romana.

Martius signum concordiae fecerat, idque in publ. collocarat, dextrae hospitij insigne. Corn. Tacitus libro XII. Mos (inquit) est regibus, quoties in societatem coeant, dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque perstringere; mox ubi sanguis in artus extremos suffuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. id foedus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Item eodem libro. Miserat (inquit) civitatis Lingonum vetere instituto, dono legionibus dextras hospitij insigne. Lazius. cap. 12. l. VIII.

CALIGA Epicratis pro lasciva oratione sumitur. Cicero l. 2. epistolarum ad Atticum. Valerius (inquit) absolutus est ~~Hortensio defendente~~. id iudicium Attilio condonatum putabatur. et Epicratem suspicor, ut scribis, lascivum fuisse. etenim mihi caligae eius et fasciae cretatae non placebant. Maximini vero CALIGA pro homine longo, et inepto usurpatur. Jul. Capitolinus hoc in Maximino scribit. Lazius cap. XIII. l. VIII.

CLYPEUS à voce Graeca γλύφειν, qua sculpere significat, nomen habuit. Plin. l. 35. cap. 3. Scuta (ait) qualibus apud Troiam pugnabatur, continebantur imagines, unde et nomen habuere clypeorum, non ut perversa grammaticorum subtilitas voluit à cluendo. Lazius cap. XVII. l. 9.

CORONAE solum ab Imperatore, aut Senatu, et republ. vel singularibus hominibus donabantur ~~tantum~~ ... ob egregium ~~in~~ bello facinus ob beneficia in remp. aut belli ducibus, legionibus vero, ac municipijs. hastae vero, armillae, torques, balthei. Praesidio ac Praefecti praetorio etiam largiebantur. Lazius cap. 18. l. 9.

Colocia urbs est Pannoniae, quam Lazius cap. 19. l. 9. ait denominatam forsitassis esse à statuis Colossis, quas M. Ant. Caesar Aelio Vero per totum orbem iussit poni, ac templa etiam nonnullis urbibus fieri. Idem cap. 9. l. XII.

COMITIVM locus erat in foro urbis Romae prope senatum, quo equitibus Romanis, et populo Romano licebat (ut inquit Pedianus) in quo et ludos aediles, vel praetores dare consueverant. hunc alij à coitione, alij à coëundo dictum existimat, quam Actius Navius augur discidit, et cotem cum Novacula de loco defodit. Lazius cap. 9. l. X.

COLORIBVS quatuor aurigae in circensibus ludis utebantur. Veneto, Prasino, albo, et Roseo. Cassiodorus ait hos colores quatuor anni tempora referre, Venetum hyemem nebulosam, Prasinum, qui est viridis ver, Roseum aestatem flammeam, album vero autumnum, pruinosum. Lazius cap. V. l. X.

COMMISSIO dicitur certamen poetarum in scena. Tran. in Augusto cap. de poesia, et usa graecam literam comperi, ait, tamen aliquid de se nisi et serio et à praestantissimis offendebatur. admonebatque Praetores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. Macro. l. 2. Satur. Sed, inquit, et Laberius sequenti commissione mimo novo interiecit hos versus. Lazius cap. XI l. X. Legitur quoque Statius Papinius in poetica commissione fuisse coronatum.

Ex Lazio de rep. Romana.

Corgiar à Suida uocatur Saccus. Lazius cap. XII. l. X.

CARNEA Romanorum Dea fuit, cui cal. Julij in monte coelio sacrificabant, ubi iecinora, et uiscera fabe consecrabantur. Lazius cap. 3. l. [...]

CARMENTVM a Carmenta Evandri matre dictum est, ouidius fastorum:
Respicit Titan actas ubi tertius Idus,
Fient Parrhasiae sacra relata Deae.
Nam prius Ausoniae matres carpenta uehebant,
Haec quoque ab Evandri dicta parente reor.
Lazius cap. 3. l. XI.

COLONIAE romanae triplices fuerunt, aliae, in quas Romani essent cives deducti, et ex his soli habitae, aliae, in quibus Romanis alij mixti habitarent, aliae, in quibus licet habitarent barbari, legibus tamen Romanis uterentur, astringerenturque. Lazius cap. 2. l. XII.

COLONIA dicitur a Paulo Iurecon. pro agro conducto l. si in lege. § colonus. ff. locati. Lazius cap. 2. l. XII.

CORPVS pro collegio ponitur. Pomponius de usucap. corporum (inquit) tria genera, et tertium est, quod ex distantibus constat, ut corpora plura uni homini subiecta, uelut populus, Legio. Lex. Alciatus hunc locum interpretatus refert Pomponium hanc corporum dispartientiam sumpsisse ex libro Plutarchi de praeceptis coniugalibus inscripto, ubi refert Plutarchus simplissa corporum alia ex discretis constare, ut exercitum, alia ex coniunctis, ut domum et nauem, quaedam unita esse, atque congenita, ut animalia singula. Lazius cap. 4. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.
qui ad comprobandum hoc monumentum hoc vetustatis Romae positum in aede S. Chrysogoni adducit.

MAGNO ET INVICTO IMPER. CAESARI VAL. CONSTANTINO P. F.
CORPUS CORIARIORUM MAGNARIORUM SOLEARIORUM DEVOTI NUMINI MAIESTATIQ. EORUM.

CALONE oppidum ad ripas Rheni est. CLEVIUM hodie dicitur. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

CONCORDIA fuit oppidum Galliae veteris. Lazius cap. 1. sect. 2. l. XII. ab eo, inquit, loco recedentes in Gallia veteri arcua, ob multorum, qui in his sunt finibus, riuorum confluentes, videbimus concordiae veteris minas in monte Rocherssperg.

CARNODURUM Vindeliciae oppidum est, ibi consitis [illegible] qui Carni fuerunt, et e Carnia illuc profecti sunt. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

CARNI fuerunt comites a Tauris, qui submontaneum Vindeliciae oppidum sedem habent hodie Hohenbard nominatum. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

CORNU oppidum est Rhoetiae prope lacum Brigantinum. quem Strabo Acronium dicit, Venetum a colore aquae ceruleo. Marcellinus Murgantia. Lazius cap. 3. sect. 2 l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

Corona urbs est Daciae, quam hodie Transsylvaniam dicunt, metropolis, quam a radicis insignibus Saxones Kurzestaydiam vocant. Sita est in angustijs montium natura, et opere munitissima. Ungari Brassonam nuncupant, Ptolemaeus vero Patruissam nominat. inde a corona montium, qua cingitur tota Dacia circumstud nuncupant. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

CIBALIS Pannoniae urbs est. plures Cibalas, et civalas pluraliter scribunt. Sextus Aurelius in Constantino Caesare et Licinio ... inquit, ut imperia difficile concordiam custodiunt, dissidium inter Constantinumque, Liciniumque exoritur, primumque apud Cibalas iuxta paludem Hiulcam ... l. VII. cap. XVIII. Mox, inquit, bellum inter Licinium ... et Constantinum efferbuit. sed Constantinus Licinium sororis suae virum in Pannonia primum vicit, deinde apud Cibalas oppressit. Bibalis oppidum hoc a Ptol. nuncupatur. Lazius cap. 4. l. XII.

CARPATHUS mons, Pannoniam primam est, ac secundam prospectat. Lazius cap. XVIII. l. X

CURTA oppidum est Pannoniae inferioris, a Ptolemaeus in Geogr. nominat. Antoninus ita tamen ... in itinerario. Lazius cap. ...
CURTIAHAM
l. XII. 2.

CARNUNTUM superioris Pannoniae oppidum est ad ripam Danubij. Amm. Marcell. lib. 29. de Valent. ... provincias in Pannonias reductos scribens Carnuntum in Illyrio stabilit. Cum exinde, inquit, Carnuntum Illyriorum oppidum intrasset desertum quidem nunc et squallens

et squallenis, sed ductori exercitus perquam opportunus, ubi forte cognosset diuisset, aut ratio e statione proxima requirebat barbaricos appeteret. Lazius cap. 3. sect. 2. c. XII.

CARPEANUS princeps Unnorum fuit, cui Carolus Magnus ob infestationem Sclauorum statuit sedem inter Sabariam, et Carnuntum anno DCCCV. ut Eginhartus in Carolo magno scribit. Lazius cap. 3. sect. 2. c. XIII.

CONTRACTUS uocatus est Albertus secundus, qui concamerationem exteriorem templi urbis Viennae incepit, et Rodulfus, eius filius cognomento diues, siue magnanimus finiuit. A. I. Lazius cap. VII. sect. 2. c. XII.

CARHORUM platea in urbe Vienna est, ubi aedes, siue sacellum est D. Joannis. Lazius cap. VII. sect. 2. c. XII.

CILIA regio est Norici, quam Plinius CELEIAM cap. 24. l. 3. appellat his uerbis: Rhetis iunguntur Norici, oppida eorum Virunum, Celeia. Paulus Diaco. l. 4. Longobardicorum Zeliam uocat. Mortuo, inquit, Gisulfo Duce Foroiuliensi Taso et Caco filii eius eundem Ducatum regendum susceperunt. hi suo tempore Sclauorum regionem, quae appellatur Zelia usque ad locum, qui Medaria dicitur, possederunt. Aeneas uero Syluius in paraphrasi de Styria Syllatum a Sylla uidetur appellare. Urbium, inquit, populi plerique Teutones. Slaui, qui citra

Ex Lazio de resp. Romana

citra Drauum uera colunt. Imperium Australis familia est. In eo uetus oppidum, quod Celeiam uocant. nonnulli Syllatum appellatum quondam existimant, et opus fuisse L. Syllæ. Lazius cap. VI. sect. 4. c. XII.

CARMAEVS uir Romanus fuit, cui hac inscriptio patet, quam Lazius cap. VII. sect. 4. c. XII. ait esse in quibusdam parietibus Celeiæ

T. CARMAEO FINITIA AN LXXX. SORNIAE SE-
CVNDAE. AC T. CARMAEO AVITO AN. XX.
SORNIA MAXIMA PARENTIBVS F. C.

CVRITIVS uir fuit Romanus, sicuti hac inscriptio patet; quam Lazius cap. VI. sect. 4. c. XII. ait esse in pariete sacelli S. Maximiliani extra oppidum Cel.

CVR. CVRITIANVS Q. AN. ET BEBIA MA-
XIMINA CO. AN. L. FLA. DECORATIANVS
P. CVR. IVLIANA. CO. AN. VII. PAR. CAR.
FAC. CVR.

COLAPIS Pannoniæ Sauia fluuius hodie CVLPA dicitur. Lazius cap. 3. sect. V. c. XII.

CORMON ... Foroiulij est, ubi olim sedes Patriarchalis, qua ... plurimi Patriarchæ, quos lege infra, ubi hæc clausula incipit. Patriarchæ, qui sederunt Cormoni.

CIVITAS Austriæ oppidum Foroiulij est, quo ex Cormono Calixtus sedem transtulit, ubi commorati sunt Patriarchæ nominati infra in litera P. ubi clausula hæc incipit. Patriarchæ qui sedem habuerunt in Ciuitate Austriæ.

CABALLI no. Veneti sunt, quos Lazius 3. cap. sect. V. c. XII. innuit genus habuisse a Foroiulianis illo, qui se pro lege urbem constituerunt, et magno equorum armento donatus a lege est.

Ex Latio de rep. Romana.

CAMINUM Foroiulij fuit oppidũ, cuius ditio-
ne potiebatur Riccardus, qui unà cũ Ugone
à Duino cum Venetis, et Patriarchis multa
bella gessit. moriensque Principes Austriacos
heredes instituit. Lazius cap. VIII. sect. V.
l. XII.

CARNIA Noricum mediterraneum uocatur. et
Carinthia, Carstiumque montana, et aspera
regio à carnis populis denominationem ha-
buere. Lazius cap. primo sect. VI. l. XII.
Tamen, ait, qm̃ hac sectione de Carnis omnis
sermo noster est futurus, hoc est, Norico mediterraneo à
Carnis populis Carinthia est nominata. et
quia Carni nõ solum à Ptolemeo usque ad
Istros, ac Venetos extenduntur, uerum etiã
Strabo Tergestum pagum Carnicum, et
Aquileiam coloniã Carnorũ uocat. quod
asseuerare etiam T. Liuius ab initio libri
tertij V. Decadis uidetur. Item infra;
Ad hac, inquit, hodie inter Tergestũ, et Aqleiã
à Carnis populis Carstium montana, et
aspera regio nomenclaturã obtinuit.

CARNIA comitatum Sternburgensem conti-
net. Lazius cap. I. sect. VI. l. XII. Mai-
nardus, inquit, frater superiorũ natu maior
comitatum Sternburgensem in Carnis
auite maiorũ ditioni adiecit, et natũ
post se reliquit Othonem Comitem.

CONIGLONA Foroiulij oppidũ est, ut
Lazius cap. I. sect. VI. l. XII. ait, et
Conibona prius uocabatur. Conibonã denique,
ait, hodie Coniglonã uocant.

Ex Lazio de rep. Romana.

Carnorum Palatinus ab Henrico Caesare fuit
creatus Ezelinus, Bavariae Dux, qui fa-
miliam nobilem non solum in Bavaria, ve-
rum etiam in Foroiulij propagavit. Lazius
cap. 2. sect. VI. l. XII.

CARNORUM principatum Henricus, Otho,
et Ludovicus Carinthiae Duces, ac filij Mei-
nardi comitis Moraniae qui Henrici II. comitis
Goriciae filius fuit, extincta comitum Artoniae
familia [illegible] à Rudolfo Habspurgensi Caesare
habuere. Lazius cap. 2. sect. VI. l. XII.

CIVITAS Austriae Foroiulij oppidum est sic
appellata, quod Austriacorum ditioni fuerit
subiecta. Lazius cap. 2. sect. VI. l. XII.
Superest, inquit, hoc etiam municipium non
minus atque olim celebre, sed mutato
nomine, quam videlicet civitatem Austriae
non aliunde quam, quod Austriacorum ditioni
cum alijs plerisque Foroiulij locis subiecta
ante patrum memoriam extiterit. bellis
tandem intestinis, et factionibus Venetorum
iuris facta: cum ante Austrios Patriar-
chatum quoque Aquileiensem dicto audisset.
Quare ridicula est fabula, quam Candidus
Udinensis in gratia Dominorum est comentus
à Luitprandi videlicet Langobardorum regis
vidua Rosemunda, cognomentum Austriae
accepisse, quod ea Francorum, et Austrasiae
regis filia isthic regiam tenuerit. contra
enim diplomata adhuc extant, et literae, in
quibus cives huius Civitatis suae Austriae
Principum adhibitis notario, et testibus
cum Venetis secundum processum iuris ut
dicunt, stipulati fuere. atque hac de no-
minis, quod Austria Civitas fuerit nun-
cupata: quae circa annum Dni 1268 sub
Ottocaro.

Ex Lazio de rep. Romana.

Ottocaro Austriae, ac Boemiae Principe a nobilissima domo Austriae defectionem molibatur Joanne Tuchulao, ac Friderico Pitiano gratoribus, in quos etiam Austriacos uti. Dns. tum urbis animaduertit. hac Lazius, qui paulo supra oppidum hoc Juliense castrum, et Foroiuliensem coloniam vocat. Venio, inquit, nunc ad castrum Juliense, siue coloniam Foroiuliensium, cuius extat mentio apud Paulum Diaconum l. 3 cap. 12 l. 4 cap. ... et libro VI. cap. X. locus olim Episcopali sede celebris, cuius Maximus Antistes Maranensi concilio interfuit contra Severum Gradensem Episcopum Manichaeum habito. Secundus illum Fidentius Praesul Juliensis est, et post hunc Amator, quem Calistus Patriarcha Aquileiensis sede expulit regia, e Cermone in Juliam coloniam translata, ubi deinceps Patriarcha tanquam loco celebriori habitauit. Siginaldus, Paulinus, Carolo Magno imperante. Urbanus, Maxentius, Andreas, Venantius, Hendelmanus, Lupus, Valbertus, Fridericus, Leo, Ursus, Lupus, Sondelfridus, Rodoaldus, et Joannes usque ad Popponem Patriarcham, qui Corradi II. auspiciis, et priuilegiis sedem sui praesulatus itrum Aquileiam locum uetustum traduxit. hac Lazius, qui ~~quod~~ de his Patriarchis aliaquedam recensset cap. VIII. sect. V. l. XII. et hanc inscriptionem ibi esse attestatur.

Q. CAEDIVS P. F. IV. P. VIVIR TERGESTE
V. F. VINISIA Q. F. MAXIMA VXOR
APVSIDIA C. F. SECVNDA MATER
C. CAEDIVS P. F. FRATER.

Ex Lazio de rep. Romana.

CARNI vocantur Germani, qui oppidum
Villacum, et ultra illud habitant. Velam, inquit,
adhuc Itali vallem dicunt, vel (ut ipsi vocant)
canalem in Forumiulii desinentem, quam Vellach
Germani, hoc est, Carni dicunt. et rursus.
in primo vetustate collapsum castrum cernitur,
quod Mosburgum dicitur antiquiorum Carinthiae, sive
Carnorum Ducum regia sedes ibi. Porro, inquit,
huic oppido (de Clagenfurto loquitur) proximum
est coenobium amplum instituti Benedictini, quod
Vitringam corrupte nominant, Victoriam ab
autore dictum hoc eventu. Rapuerat quidam nobilis
eius viciniae Carnorum duci filiam Ducalem Mai-
nardus à Malatein, sibique eam uxorem iunxerat

CARNORUM dux fuit S. Domitia-
nus. Lazius cap. III. sect. VI. l. XII.
Locus, ait, hic monet, ut de tertio quoque
lacu, qui Laricis vetustis situm con[?]
excurrit, in fine capitis aliquid subij-
ciam, quem à millo statuis hic quidam
in fano gentili adoratis millestadinsem[?]
vocant. fani quidem gentile ante
Caroli magni tempora. S. Domitianus dux
Carnorum ad salubrem Christi doctrinam
à S. Virgilio Juvaviensi, et S. Modesto
Soliensi Episcopis persuasus, et sacris
undis perlutus, limitam[?] in templum Chri-
stianis convertit. G.

CARNIA regio illa dicitur, quam hodie
Styriam vocant. Udalricus, inquit, Marchio-
nem Carnorum egit, ac eum tractum possedit,
qui hodie Styria superior cognominatur.
Lazius cap. IIII. sect. VI. l. XII. Ibid infra
Eliardonus[?], inquit, de Episcopis Seccoviensibus,
et

Ex Lazio de rep. Romana.

et praepositura Secoviensi à qua paucis milliaribus aliud in ipsis finibus Carnorum, Styriorumque opulentissimum cernitur monasterium S. Lamberti. Idem cap. V. sect. VI. l. XII.

Quam vocant, inquit, nimirum Romani postea, cum Noricum in fidem recepissent, in suam pronunciationem convertentes, tanquam Latinum esset, Virunum nuncupaverint. Et Carni, cum pulsis Romanis è Foroiulij montanis ipsi profecti Drauo traiecto eam Norici partem occupassent, ubi hodie Ducatus Carinthiae extenditur, adiecta in fine gentilicia aspiratione ach (ut de Velacho, et alijs multis Carnicis vocabulis similiter desinentibus ostendimus) Vuiesach pronunciarunt. Et rursus. Virunum etiam, inquit, ut duo maxima in Carnorum agro templa poneret in nimis municipium quondam Romanorum, soleamque videlicet colonia, et Millestatium, effecit.

CARNOS Apenninus mons supra positus est. Strabo libro 4. Geographiae, supra, inquit Carnos Apenninus mons incumbit lacum habens in amnem Isara confluentem, qui rapto secum Atage altero flumine effertur in Adriaticum sinum, eodem autem ex lacu fluminis alter in Istrum labitur, quam Athesinum vocant. Ister enim ab hisce motibus in multa divisus capita sumit originem. Lazius cap. VII. sect. VI. l. XII.

CARNI ad Austriam usque protenduntur. Lazius cap. 2. sect. VII. l. XII. Hic, ait, non possum silentio involvere nobilem, ac longè vetustissimam prosapiam Comitum à Heuburgo, et Varnbacho, quae etiam nunc his in finibus ad Oeni ripam cernitur, qui

detinent

Ex Lazio de rep. Romana.

ditionem proceß in Pannoniam superiorem
extenderet. isthic in finibus Carnorum,
orientalisque Marchiae, quae hodie Austria
nuncupatur. Betonensem quoque provincialem
Comitatum possidebant, ubi est nostro saeculo
ager, qui à Noua Ciuitate Austriae, ac Neun-
chirchio per alpes usque in Styriam inferiore
procurrit. retinet isthic nomen antiquum adhuc
Beten fluuius, et castrum, siluaeque uallis
Butena. Lazius cap. 2. sect. VII. l. XII.

CARNOS Mura fluuius alluit, Lazius
cap. III. sect. VII. l. XII. Sed reuertor, inquit,
ad ottocarum Garstensem fundatorem. Is,
cum et ipse comes eius loci esset, secutus
castra Henrici IIII. et Solomoni regi Un-
gariae à sorore Imperatoris scilicet datus in
auxilium, ut reduceretur in regnum con-
tra Belam, ob demeritos apud posteros Ungaros,
et propagatos ultra Muram fluuium Carno-
rum terminos, cum forte Chorintia ducum
prosapia tum defecisset, ac controuersia de illa
prouincia esset inter Adalberonem Mar-
quardumque comites de Ruelancio, et Ber-
toldum Zaringensem in nigra sylua comitem
donatur à Caesare hero suo orientali parte
Carnorum prouinciae, et qua comitatum Styrae
ad fontes Anisi, et utriusque Nouae confi-
nia attingebat, primus suae stirpis Marchio
Carinthiae, ac sacri Romani imperii princeps
salutatus est.

CAEDISCLANUS uir fuit Romanus
sicuti hac inscriptione patet, quam Lazius
in Gesoduno Styriae oppido esse ait.

IOVI STATORI Q. ABVRNVS
CAEDISCLANVS LEG. AVG.

Ex Lazio de rep. Romana.

Chlam oppidum est Austriae, inde Machlandia denominatum, unde comites à Chlam denominati sunt, et à castro Machlandiae. Lazius cap. VI. sect. VII. l. XII. Situm ad ripam Danubii est.

COMAGENA civitas Norici est ad ripam Danubii, et hanc denominationem habuit à COMAGENIS Asiae populis, à quibus cohortes auxiliares in Noricum translatae sunt.

CATVLLIANVM similiter Austriae oppidum est, quod Eugippius in Severini historia CATVLLIVM vocat, hodie Iuliae dicitur. Lazius cap. VIII. sect. VII. l. XII.

CECIVS mons est uno supra Viennam milliario, et oppidi Cecii ruinae, in quo S. Severini cella fuit. Lazius cap. VIII. sect. VII. l. XII.

Ex Sabellico ab orbe condito.

COLONIAS pronepotes Noe per orbem terrarum deduxere, ysquo ab eis orti, ut Josephus tradit. unde non solum gentes, populique, quorum fuissent conditores, ab eorum nominibus sint appellati sed plerique urbes inde nomen sortitae. Sab. l. p. fol. 2.

COLONIARUM longe maiorem numerum, quam alia provincia, Arabia misit, quam Chamus Noe filius post exterationem primus, ac exilium indictum insedit. Sab. l. p. fol. 2

CRES Indigena fuit Cretae insulae primus rex ac Cretae insulae nomen indidit, alij opinantur Creten fuisse unum ex Corybantibus ad tutelam Jovis positum, qui natus in Creta est, dum Ninus maior Assyrijs imperaret, aut no multo post. satis enim constat Saturnum Belo, qui Ninum genuit, aequalem fuisse. Sab. l. 2. Enn. p. fol. VII.

COELI filius Jdcirco Saturnus dictus est quod cum esset a filio fugatus, et in Latium pervenisset, mirati eius virtutem indigenae ut coelo demissum vocitati sunt. cuius enim parentes parum essent noti, veteres filios terrae dixerunt. (Ut Felix Nimmarus scripsit) Sab. l. 3. Enn. 2. fol. VII.

COEPA. apium, et allium millo, ac sexcentis talentis Cheopis rex Aegypti emit, ut eos alerent, qui Pyramidem inchoatam perficere insudabant. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XIII.

Ex Sabellico ab orbe condito.

CECROPS uir fuit Aegyptius, et Athenis regnauit, cum Moses Judeos a seruitute Pharaonis liberauit. biformis Cecrops dictus est, uel quia utraque lingua, Aegyptia uidelicet, atque Attica utebatur, uel quia maris, ac foeminae uinculum inuenit. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 14

CLASSEM primus instituit reperta nauigatione Neptunus Saturni, ac Rheae filius, ac ob id rei maritimae a patre praefectus, ac ideo maris Deus existimatus est. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21. qui ait Neptunum quoque domandorum equorum inuenisse, ac ideo a Graecis Equestris et nominatus est. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21.

CAPELLA Jouem, canis Cyrum, Lupa Romulum, ac Remum educauit. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21.

CANANEA [a Judaea] regio est Assyriae, quae aliter Palestina, dicitur. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 22.

CRETA insula dicta prius Aeria est, ut Philistides ait. mox Curetis a coeli temperie Macaros etiam dicta est. Dosiades ait fuisse Cretam nuncupatam a Creta Hesperidis filia. Anaximander a Crete Curetum rege. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 24.

CORINTHUS Graeciae circa Isthmum ciuitas, Ephyre prius dicta est, et a Sysipho condita, quem ob latrocinia Theseus sustulit. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 25.

Ex Sabellico ab urbe condita.

CAHERE olim actores eloqui dixerunt, idque usque adeo uerum est, ut Homerus uitae castigatorem, quem Agamemnon ad Troiam proficiscens uxori dedit, musicae artificem uocet. Sab. l. V Enn. 3 fol. 26.

CENTAURI populi fuerunt Thessaliae, ac Pelij montis ad Oetam accolae ac biformes crediti sunt. Sab. l. V. Enn. 3 fol. 27. loco diffusius in litera E. ubi haec dictio incipit. Ex equis rem.

Centaurus uir equo insidens uocatur. Sab. l. VI. Enn. 3 fol. 36.

CASTOREI appellantur ignes, quo saepe nautis apparent noctu. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 28. loco infra diffusius in litera I. ubi haec clausula incipit. Ignes Castorei.

CIMERII populi (ut plerique aiunt) circa lacum Italiae Auerni specus subterraneos dicuntur habitasse, commerciaque inter eos praesidissimis cauernis uicissim peruijs fuisse. aduenas oraculum ea re appulsos loco, addictissimus excipere solitos, uictumque genti ex metallorum effossione, mercedeque diuinationum quaesitum, propinquisque ad haec ipsius gentis occulta latrocinia exercere. neque solem unquam aspicere, noctu extra telluris hiatum egredi. Homerus haec, ac Ephorus uicino his loco natus prodidit. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 32

CICADAE circa Alecem fluuium, qui Rheginum a Locrensi agrum disterminat, mutae sunt.

tran-

Ex sabellico ab orbe condito.

trans uero canoras, dicunt mutas effectas ob increpationem Herculis, cui fesso adimebant somnum. Sab. l. VI. Enn. p. fo. 32.

COLVMNAE Herculis (ut plerique aiunt) fuere ultra Gadis insulam; alij Gaditani freti angustias Herculis esse metas autumant. nonnulli Calpen, et Abilam promontoria, ex quibus Calpe est Hispaniae, Abila aut. Mauritaniae, partemque Atlantis. nō defuere, qui duas opinarentur esse insulas ipsis promontorijs propinquas, earumque alteram Iunonis dictam. siue (ut Artemidorus ait) Iunonis templum. alij errabundos his locis scopulos Herculis aiunt columnas appellatos Pindari forte adducti testimonio, qui eas Gaditas portas nominauit. Dicearchus, Eratosthenes, et Polybius ad Euripi angustias metas Herculis statuere. oraculo ad Herculis columnas Tyrijs respondit coloniam mittendam, quam Gadis insula demonstraret. aliqui dixere illas Herculis metas debere existimari, quae in Gaditani Herculis fano fuisse dicuntur octonum cubitum altitudine, quibus magnificentissimi templi sumptus esset inscriptus, nautaque uota Herculi reddere, nominisque se obligare consueuerunt. Sab. l. V. Enn. p. fol. 32

CERBERVS Aidonei regis Molossorum fuit canis, cui obiectus est Pirithous, dum Proserpina regis filia, coniugemque illuc rapturus accessisset cum Theseo. unde nata est fabula de raptu Proserpinae. Sab. l. VI. Enn. p. fol. 35.

Ex Sabellico ab urbe c[on]dita.

COELVM Herculis dicitur humeris susti-
nuisse, quòd Atlas eum astrologia edocuerit.
Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 33

CECROPES Lydiæ latrones fuere, quos
Hercules, dum Omphale reginæ serviret, obtrun-
cavit. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 36.

CORONVS rex fuit Lapitharum, quem in
bello Arcadico contra Lapithas Hercules
interfecit. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 36.

CRINIS Sansoni fatalis fuit, quo adempto
Sanson Philisteis à Dalida meretrice tra-
ditus est. quem illos tria millia secum obruit,
dum epularentur in templo. cuius ille tametsi
luminibus privatus columnas deiecit. Sab.
l. VII. Enn. 3. fol. 38.

CRANAA insula Ægæi est ad littus
Bœotiæ sita, quò Helena ex Sparta cum
Paride navigavit, ac cum eo primum ibi con-
gressa est, unde postea hæc insula nomen
Helenæ adepta est. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 39

CODRVS Atheniensium rex ultimus fuit, et
se Lacedæmoniis obtruncandum obtulit, ut
patriam liberaret. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 45

CEILA urbs Palæstinæ fuit, quam David
Saulis regem fugiens obsidione Philisteorum libe-
ravit manu admodum parva. Sab. l. VIII. Enn. 3.
fol. 48.

CITHARAM decachordam, et Nabla XII. uocum
David rex hymnis et psalmis, qui Sabbatis, et
sacris solennibus canebantur, adiecit. Sab. l. 9. Enn. 3.
fol. 53

Capuam urbem Dionysius Halicar-
[illegible] insignit, [illegible] aut Catis. Sab. l. 8.
Enn. 2. fol. 58.

Ex Sabellico ab orbe cōdito.

~~FERETRIUS Juppiter fuit uocatus à Romulo à ferendis spolijs, ut ait Dionysius Halicar. ut Plutar. à feriendo, quòd Romulus Larten Tolumnium percussit. Sab. l. 3 Enn. 2. fol. 72.~~

CONSUS apud Romanos erat Deus arcanorum, et CONSUALIA solemnitas eius Dei; multi autem CONSUM esse Neptunum Equestrem. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 70.

CENINA fuit urbs Latij, quam Siculi Aborigines habitarunt. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 72 possit uicus Foroiulij nomen hinc deduxisse, qui uocatur Ciconina.

COMITIUM uocatus fuit locus, in quo Romulus et Tatius foedus percussere. Sab. lib. 3. Enn. 2. fol. 72.

CAMERIA urbs fuit Latij, quam Romulus diripuit.. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 73. uicus Foroiulij forte hinc denominatur, qui hodie Camoria dicitur.

CORCYRA insula prius Scheria dicebatur. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 75.

COLLINA fuit tertia ex quatuor regionibus in quas Servius Tullius rex urbem Romam fuit partitus. ~~Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 84.~~ Regiones fuerunt hae. Palatina. Suburana. Collina, et Exquilina. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 88.

Ex Sabellico ab eodem edito

CANIS lingua Medorum Spaco appellatur, et ita fuit uxor bubulci Astyagis regis, quae Cyrum expositum educauit, unde uulgatum fuit Cyrum a cane nutritum. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 90.

COELVM Persae populi Iouem aiunt esse. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 91.

CARITA Aegyptiorum Persicis duriora. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 98.

CISSIAE Babylonis urbis sunt portae, per quas Zopyrus exercitum Darij in urbem recepit. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 101.

CONSVLERE dicebant prisci, quod nunc consilium habuero, uel iudicare; unde consules nomen habuere, uel quod patres in senatu de republica consulerent. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 102. Suffetes a Carthaginensibus consules uocabantur. Sab. l. V. Enn. 7. fol. 301.

CIMERII populi tenuere loca prope Meotim paludem. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 105. Cimerius mons et sinus Cimerius ab ijsdem populis nominati sunt. Sab. ibi.

CLAVSVS ex Sabinis Romam urbem migrauit, ubi CLAVDIVS nominatus est. illum dicuntur plurimi secuti sunt, qui arma ferre poterant ad quinque millia fuisse aiunt. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 108.

CORNI fuere Latinorum populi, et cum Ardeatibus, Bubentanis, Violanis, Vaientanis, Moreatinis, et alijs cum Romanos conspirauit, et Sextum Tarquinium Superbi filium, ac Octauium Manilium Tusculanum duces habuere. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 109.

Ex Sab. ab urbe condita.

CHIREATAM tribum à suo Clisthenes Sicioniorum tyrannus inter Argiuorum ignominiam vocauit. Item oneatas ab Asino, et Hyatas à Porco. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. cxii.

CIRCENSES ludi, aliter plebeij vocabantur. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 118. cum Pomponio lege ibi

CORBIO, CIRCEI, et CORIOLI, Ciuitates Latij fuere, quas Martius Coriolanus contra Romam ducens, expugnauit. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 119.

COTIA Ciuitas fuit Latij, quam Martius Coriolanus contra Romam ducens expugnauit. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 119.

CANES in Delo insula non alebantur. Sab. l. 1. Enn. 3. fol. 122.

COLOSSAE urbs est Lydiae, ubi Lycus amnis hyatum terrae subiens occulitur, rursusque post quinque stadia in apertum euadens Maeandro infunditur. Lydiae quoque

CYDRA oppidum est, ubi Cippus à Croeso erectus Phrygiae, ac Lydiae fines disterminat.

CELENAE quoque Lydiae oppidum est, ubi Maeandri fontes sunt, et Sileni Marsyae pellis in utris speciem suspensa fuit ab Apolline illi detracta. Pythius Celenarum ciuis fuit, qui adeò diuitijs affluebat, ut Xerxem cum toto exercitu hospitio exceperit. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 126.

Ex sab. ab urbe condita.

CANIS Xantippi Atheniensem Periclis patrem ita amauit, ut cum in litore esset relictus, et absentis domini desyderium ferre non posset, triremem sequutus Salamini non usque nando peruenerit, ac ibi longa maris iactatione confectus expirauerit. sab. l. 2. Enn. 3. fol. 130.

COENO Antiatum fuit oppidum, quod consul illi cepit ea tempestate qua obijt Ap. claudius. T. Numitius. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 135.

COILONIA Ciuitas fuit Antiatum, siccati ait Dionysius, Volscos eam obsidentes L. corn. Maluginensis ad Antium compulit. sab. l. 3. Enn. 3. fol. 140.

C. CAMILEIVS Trib. pl. Romae fuit, et rogationem promulgauit de connubijs Patrum, et plebis, ut mixtis per id ordinibus, facilius concordia ciuitatis coalesceret. Sab. l. 5. Enn. 3. fol. 147.

CORNICEN cognominatus fuit Posthumius Ebutius, qui egit consulatum cum cum M. Fabio Vibulano, et agrum infami iudicio populi paucis annis ante interceptum Ardeatibus restituit. Sab. l. 5. Enn. 3. fol. 148.

CILLENE fuit Eliensium nauale, quod Corcyraei cum corinthijs dimicantes incenderunt. sab. l. 5. Enn. 3. fol. 152.

Ex Sab. ab urbe condito.

CHIMÆRIUM Thesprotidis promontorium est. Sab. l. I. Enn. 3. fol. 157

CUNCTATIO gravitatis, et prudentiæ mater est, ut inquit Archidamus rex Lacedæmoniorum. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 159.

CONSULTATIONIBUS duo maxime contraria sunt, celeritas, et ira. quarum hæc parum satis quicquam fieri vult. illa temere ac inconsiderate omnia præcipitat. Sab. l. ... Enn. 3. fol. 159

CAPUA urbs Hetruscorum est, Vulturnus olim appellabatur. Sab. l. VI. Enn. 3 fol. 162

CARVENTANA Volscorum Latij populorum fuit arx, ex qua Romani nequiverunt Volscos ipsos exturbare. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 166

CARNEA sacra celebrabant Lacedæmonij. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 166

CARNIUS is mensis à Syracusanis vocabatur, qui ab Atheniensibus Metagitnion. et à Romanis Maius. eo mense Gylippus Lacedæmonius Syracusanorum dux auxiliaris Niciam, et Demosthenem duces Atheniensium vicit. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 173.

CANNON ... Carthaginenses pueros, et infantes sacrificabant, et mortuos cremabant. hæc illis edicto Darius rex Persarum prohibuit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 182.

Ex Sab. ab urbe condito.

CORTVOSA. et / urbes fuerunt Hetruriae.
CONTENEBRA / quas Romani per cuius eo anno ceperunt, quo Capitolium quadrato saxo extructum est. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 189.

CIVITATES tunc Antisthenes Cynicae disciplinae autor dixit tunc perituras, cum boni ab improbis nequirent discerni. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 192.

CISSVSA Boeotiae fons est, qui aquas colonis uini habet, ac potu dulcissimus est. in eo Bacchum nuper natum à nutricibus lotum fabulantur. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 193

CADMIA Thebanorum arx fuit uocata, Phymidam uocat Plutarchus. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 194.

COHORS sacra fuit apud Thebanos, quae (ut Ephorus ait) trecentos continebat, Callisthenes septingentos in ea fuisse ait, Polybius, et quidam alij nonaginta. Iccirco Aristoteles sacram existimat fuisse appellatam, quod amator diuinus amicus sit dictus, quasi nefario inter se amore tenerentur, qui huic ordini fuerunt ascripti. quam opinionem uox illa Philippi regis testata est, qui cum aliquot post annos collustrans ad id tempus inuictam ad Cheroniam strauisset, cadauera ex aduerso iacentia conspicatus: Dij perdant, inquit, qui tales uiros uel facere uel pati turpia suspicantur. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 195.

Ex Sab. ab urbe condito.

CINCIVS scriptor fuit. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 198.

CONNVBIO à Samnitibus publice priuabatur, qui ab optimo uitae instituto in peius dilababatur. Siquidem morem Lunge ueterem apud Samnites fuisse tradunt, ut decem quotannis uirgines forma, et uirtute eximia totidem optimis adolescentibus matrimonio locarent. nec in affinitate iungenda quicquam praeterquam uirtutis ratio habebatur. grauior nulla poterat esse ignominia, quam connubij priuatio. Sab. l. 3 Enn. 4. fol. 203.

CONTVMELIAM plerique molestius ferunt, quam detrimentum. Timoleon Corinthius Syracusanae libertatis assertor in Eutimum Leontinum animaduertit, quod in concione dixisset, nihil timendum fore, nihil molestiae si Corinthiae mulieres domo egrederentur. Eutimus ipse Iceta Leontinorum tyranni filius fuit, ambos Timoleon sustulit. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 201.

CAMPANI se Romanis subiecere, ne in manus Samnitum uenirent. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 203.

CENTVRIO primus à Romanis primipilus appellatus est. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 205.

Ex Sab. ab urbe condita.

CONSTANTIAE tanta fuerunt Thebani, ut, dum exules à Philippo rege Macedoniae ad ciuitatis administrationem essent restituti, et ipsi quinque Ciuitatis assertores postularet, quod per iniuriam se in exilium egissent, omnes se autores faterentur, contenderentque multum eum republica tunc actum, quando illi essent damnati, quam cum in urbe restituti. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 206.

CITHARAM potius Achillis, quam Paridis Alexander magnus Ilium circumiens dixit malle uidere, qua ille fortissimorum uirorum cantauit gesta. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 210

CADMUS (sicuti ait Strabo) Lydiae mons est, unde Lycus amnis oritur. fluuius etiam CADMUS ex monte ipso effunditur, ac plurimum sub terra defluit. Sab. l. 4. Enn. 4 fol. 210 [illegible]

CAPER Lydiae fluuius est, qui una cum Marsyas flumine in Meandrum Lyco, qui et Marsyas, [illegible] conuertatur. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 210.

CELENAE Lydiae urbs est, quam fluuius Marsyas interfluit, et, quandiu eam attingit, Marsyas uocatur, postea Lycus. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 210

CODOMANUS ante fuit uocatus Darius rex Persarum, qui ab Alexandro rege Macedoniae ultus est. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 211.

COITUS, et sopor Alexandro magno immortalitatem innuebant, ut ipse in epistola ad Parmenionem prodidit. Sab. l. 4. Enn. 4 fol. 213.

Ex. Sab. ab. urbe condito.

CATINA, et CINGILIA) civitates sunt Vestinorum Italiae populorum, quas Junius Brutus consul vi cepit, et militi diripiendas dedit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 216.

CORVI ducibus Alexandri magni ad Jovem Ammonem proficiscentis per arenas à recto itinere aberrantibus se duci volatu praepeti praebuere. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 215.

CONVIVANTUR adeò impudice Babylonij, ut etiā matronae nobilissimae abiecto pudore velamenta corporis frequenti cōvivio deponant. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 219.

CANES timidiores latrant, nō aut mordent. et altiora flumina sine strepitu labuntur. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 222.

COEUNT cùm matribus filij Hauranorū Scythiae Asiaticae populorū, quod alibi utique infandū auditu est. Sinnithrides illius regionis princeps duos ex matre filios suscepit, qui sub Alexandro magno militavit. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 227.

CANES in Cathea regione Indiae sine latratu feras insectantur, ac leonibus infesti sunt. Sophites regionis rex Alexandro magno assistente obicit leonem duobus canibus et illico iacuit leo exanimis. legitur itidem de canibus, quos rex Albanorū Alexandro magno donavit, à quibus Leones, ac Elephanti occidebantur. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 229.

Ex Sab. ab urbe condito.

CALA vox Indica est, ac in salutationibus frequentatur, unde Graeci Alexandrum magnum in India comitati unum ex Gymnosophistis Calanum dixere, quod ad omnem accursum amicorum Cala vocem pronunciaret. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 232.

CLVVIAHVM Samnij oppidum est, quod C. Junius Bubulcus consul expugnavit. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 234.

COHVITIARI cuiquam no docebo miserum ut Emmonem cardianum in vinculis ad Antigonum ducatur militibus dixit. Sab. l. VII Enn. 4. fol. 237. Argyraspides, hi erant Alexandri magni exercitus imitatores.

CLVSIVM Hetruriae oppidum a vetoribus CAMARSOLIS dictum est. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 239.

SP. CARVILIVS cum L. Papyrio cursore consulatum egit, et nobilissimum oppidum Samnij COMIHIVM ei expugnavit. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 241. 2

CASSANDRA urbs Macedoniae fuit, quo Demetrius rex Macedonum defectionem ad Pyrrhum factam profugit. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 244. 5

CIVITATEM in Parnaso monte frequentia hominum, qui ad affirmationem maiestatis undique currebat

currebant, fecit, ac Delphos appellauit ciuitatem, ac templum non muris, sed praecipitia defendebant.
Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 248.

CVRVA loca Siculi Zanclia uocant, ut ait Polybius, ut ait Strabo falcem, unde ciuitas Siciliae Messana prius Zanclo ob curuitatem dicta est. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 250.

CORVI nauales erant ueluti pontes quidam sex ulnarum in gradus sua longitudine digesti, ligneaque columna, quae circa nauium proras stabat, summo loco impositi, qui libramentis quibusdam remissi praecipiti rota uolubilitate in aduersam nauium cadentes; quacunque parte incidissent, tenaci nexu alligatam, quasi per gradus euntibus perciam faciebant. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 254.

CONSILIVM unius recto magnam (ut Euripides ait) uincere militum multitudinem consueuit. Xantippus Lacedemonius a Chartaginensibus dux contra Romanos creatus id uerum esse ostendit. nam omnes clades quas Poeni a M. Attilio Regulo consule passi erant, ex inscitia ducum prouenisse ondidit, ac errorem ipsorum corrigendo Attilium ipsum superauit, et captiuum habuit. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 255.

CHARTEIA urbs est hispaniae, quam (ut multi aiunt) ueteres Tartessum dixere. alij putant Betim fuisse Tartessum nominatam. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 264.

Ex Sab. ab urbe condita.

CREMON Galliae mons, per quam Annibal Imperator Carthaginensium à Rhodano in Italiam duxit exercitum, sicuti Coelius autor huic ait. Sab. l. 9. Enn. v. fol. 266.

CISSA hispaniae urbs est. Scissam multi eam vocant. Sab. l. 9 Enn. v fol. 269. lege infra diffusius in litera S. ubi haec dictio incipit SCISSA.

CONSULENS ~~sive~~ per se ipsum quid in re sit, primus est uir, secundus qui recte consulenti obediat, qui nec consulere sciat, nec parere, hic extremae sortis est uir. ut Minucius Fabij Maximi Dictatoris magister Equitum ait. Sab. l. 2. Enn. v. fol. 272.

L. CANINIUS scriba fuit Pontificum eo anno, quo Annibal Romanas legiones ad Cannas uicum Apuliae occidit. Sab. l. 2. Enn. v. fol. 274. lege infra diffusius in litera. S. ubi haec clausula incipit. Scriba L. Caninius fuit.

CYNETHA fuit urbs Arcadiae; quam Dorimachus, et Scopas duces Aetolorum proditione occuparunt, et occupatam diripuerunt, et praesidium direpta imposuerunt. Inde sacra Dianae quae fuit inter Cynetham, et Clytoriam, armenta, et greges populati, quia Achaei in armis esse dicerentur, et ex Macedonia praesidium affuturum; Cynetha incensa Rhium cum copiis concesserunt, ac ex Rhio in Aetoliam. Sab. l. 2. Enn. v. fol. 275.

Ex Sab. ab orbe condito.

CINIS ara Junonis Laciniae, quae fuit Crotone in Italia sub dio nullo ventorum flatu dissipabatur. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 282.

CLYPEUS à Romanis vulgo Q. Fabius Max. appellabatur. M. Claudius Marcellus ensis, quod rempu. Romana) con Annibale Imper. Carthaginensium strenue tutarentur. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 283. Idem l. 4. Enn. V. fol. 293.

COMPULTERIA, et complures civitates Samnij sunt, quas Q. Fabius Max. consul in cogit. Sab. l. 3 Enn. VI. fol. 283.

L. CINCIUS Alimentus. Sex. Julius Caesar, et L. Licinius Pollio legati fuerunt à senatu Romano dati Quintio Crispino consuli post mortem Marcelli alterius consulis, ut ad eos, quae vellet, de republica loqueretur. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 294.

CREMASTE cognominata fuit Larissa Euboiae, quam L. Apustius P. Sulpicij Galbae Consulis in cepit. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 306.

COETA sinus Euboiae vocatur. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 306.

CAURUS à plerisque vocatur Andros insula una ex Cycladibus, Antandrus insuper, et Lassia. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 306.

COMPEDES Graeciae Philippus Macedoniae rex dicebat esse Calcidem in Euboea, Demetriadem in Thessalia, Corinthum in Achaiae. Sab. l. VI. Enn. V fol 308

Ex Sab. ab urbe condita.

CLAMOR adeo magnus editus est, cum Quintius Flaminius libertatem Graeciae restituit, ut CORVI tum forte supervolantes in medium con-
sessum deciderint, dubium concussusne aer sit in
causa, an, cum permagna vox editur, illo in
disjungatur, nullam volantibus relinquat fir-
mitatem, qui quasi lubricus fiat, quo cum velut
ad planum pervenerit, ad terram delabuntur,
quasi iam in aere caduto, in aquis vortex qui
dam esse potest, cuius violento impetu circum-
actae volucres ad terram deprimantur. nec
absurdum est credere clamoris istius talegeram
sagitta quadam consauciatam volucrem ad terram
defluere. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 310.
idem monit, dum Catulus ullet Pompeio Imperatori man-
cipem dare. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 362.
CARPIA locus est Thessaliae, quo M.
Attilius consul adegit copias regis Antiochi,
dum castra fecisset, vectatum ad Oetham montem,
et M. Portius Cato cuiusvis altissimum,
quod Gallidromum vocant, et M. Valerius
Flaccus duo alia cuiusque Rhodontia, et Thi-
chiunta invasissent. Sab. l. VII. Enn. V.
fol. 313.

CORYLENIVM Ioniae oppidum est, ac
COTTON, quo Antiochus rex vi coegit, dum
contra Romanos duceret. Sab. l. 7. Enn. V.
fol. 314.

CIVITATIS nullum maius vinculum
est, quidam quod ita libertas aequetur, ut
potentissimus quisque possit eam dicere:
qui aequum pati nequeat in eum vim
iniustam haud videri oportere. Sab. l. VII.
Enn. V. fol. 318.

CARNORUM in campestrem regionem Galli transalpini sunt transgressi eo anno, quo Tauri ludi, quos M. Fulvius Aetolico bello devoverat, primum Romae fuerunt celebrati: cos Livius magnos vocat. oppidum ipsi Galli haud procul ubi fuit Aquileia condere adorti sunt. legatis ad hoc ipsum ex urbe missis sciscitatum publicone consilio, an privato ea manus alpes transcendisset, responsum est, neque id ex auctoritate gentis factum neque scire se ad quid illi patrio solo essent profecti. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 319.
M. Claudius Marcellus consul Gallos [illegible] recepit qui ultro deditionem fecere legatis ex decreto ..g

CATONES a Romanis vocabantur, qui multarum rerum usum, ac experientiam callebant. hinc M. Portius Cato appellatus est, primo enim Priscus dicebatur. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 320.

ad id obviam Marcello missis duodecim millia armatorum fuere, quibus, prope oppido iussis reddere arma consul ademit. Galli id aegre ferentes legatos Romam misere, qui de consulis iniuria quererentur. Patres increpitis Gallis, quod temere alienam terram occupare essent ausi, ad consulem mittunt, qui iuberent res, et arma illis restitui, si protinus abirent ultra alpes. et sic Galli rebus suis receptis continenti provincia cesserunt. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 321.

CONVIVIUM, et aciem bene instruere eiusdem animi est habere, ut formidolosus sit hostibus. illud vero ut amicis gratus. sicut ait Paulus Aemylius consul, qui Persium regem Macedoniae superavit. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 324.

Ex Sab. ab orbe condito

CAPILLOS, ut nervi arcubus fierent, ob inopiam linii et canabis, foeminae Chartaginensium sibi secuerunt, dum consules Romani urbis excidium denunciassent. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 329. Idem ferre mulieres Salonarum civitatis Illyrici, dum a Marco Pompei dux obsidione oppugnaret. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 333.

CAMPUS late patens, pugnaque conserenda non inhabilis intra muros urbis Carthaginis fuit. Sab. l. IX. Enn. V. fol. 329.

CELIA potio agrestis ex frumento facta dicebatur ab Hispanis, ea Numantini ad extremam desperationem reducti velut infusi ingurgitati ad Romanos repellendos decurrere. Scipio desperationis hanc inimicitur suorum impetum inhibuit, ut hostem nullo crudelitatem ferro fames potius quam ferro conficeret. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 335.

CONNVBIIS ut civitas Romana creandorum liberorum causa sedulo daret operam, Metellus Macedonicus censor fuit autor, habuitque super ea re orationem ad populum, cuius pauca quaedam adhuc restant. Si, ait, sine uxore possimus esse, ea molestia careremus, sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis omnino vivi possit, saluti perpetuae potius quam brevi voluptati est consulendum. et mox illud. Dij immortales plurimum possunt, sed ne plus velle debent nobis, quam parentes. at parentes, si pergant liberi errare, bonis exheredant. quid ergo nos a Dijs immortalibus

Ex Sab. ab orbe condito.

immortalibus diuitiis aperitur, nisi malis ratio-
nibus suam faciamus? ijs. Deos propitios esse
aequum est, qui sibi aduersarij non sunt. Dij
immortales uirtutem approbare, non adhibere
debent. Sab. li. primo Enn. VI. fol. 337.

CALAMI populi Galliae sunt, quos
Fuluius Flaccus consul fines Massilien-
sium infestantis domuit. Sab. l. p. Enn. 6.
fol. 338.

CIMBRI Papyrium Carbonem in Illyri-
co cum toto exercitu fuderunt, fugaruntque.
is Papyrius Romanorum primus Cimbris
cum exercitu occurrit. Sab. l. p. Enn. VI. fol.
342.

Cymbri (ut quidam uolunt) Germaniae oceani
accolae fuerunt, cui opinioni astipulatur nomen
Cymbricae chersonesi, et quod praedones apud Germanos
Cymbri nuncupantur. alij eam terram Celticam esse
crediderunt, quae in Asiam usque excurreret, unde
Celtoscythae sunt à quibusdam uocati. alij aut à
Cymbrijs denominatos per diminutionem literarum, et
Cymbros dicunt esse uocatos. Sab. l. 2. Enn. VI.
fol. 344.

CIVERNA fuit uilla agri Arpinatis, ubi
C. Marius, qui Cymbros deleuit, ac septies fuit
consul natus est. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 344

CAPSA fuit Africae urbs, quam C. Marius
consul expugnauit, Tanais fluuius non longe ab
ea praeterlabitur. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 345

Ex Sab. ab urbe condita.

CARINA uir Romanus fuit, qui dum Carbonis consulis Prætor esset, ac partes C. Marij sectaretur, à f. Sylla suum proiussus est. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 344. et 345. §

COSSINIUS uir Romanus fuit, et Proconsul duxit exercitum contra Spartacum, dum quo circa Salinas incaute lauaretur, parum abfecit quin Spartacus eum captum in suam potestatem redigeret. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 359.

CYZICUS Propontidis insula urbs est à Milesijs olim condita. Didymis à monte Didymo superincubante, Archonesus quoque olim fuit nominata. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 360. §

CERASUS oppidum Cappadociæ fuit, à quo CERASIA poma Lucullus in Italiam tulit, præter pomi genus in Italia est. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 360. §

CUNCTATIONE Lucullus Mitridatem uicit, CELERITATE Tygranem Armeniæ regem. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 361.

CONSILIARII aliud suadent, aliud loquuntur unde Metrodorus Scepsius, dum legatus à Mitridate fuisset missus, ut ad Tygranem, ut ab eo auxilia contra Romanos impetraret, ac Tygranes ab eo peteret, quid ipse faciendum sentiret, ut legatus tibi, ut opem feras, suadeo, uti consiliarius, petitam ut neges, moneo. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 361.

Ex Sab: ab urbe condito:

CRVOR humanus vino mixtus à Catilina, et alijs coniuratis ad coniurationem tegendam fuit epotus. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 365.

CARPINEIVS eques fuit Romanus, qui cum Caesare in Gallia militauit. Q. Titurius Sabinus, et L. Aurunculeius Cotta eum, et Q. Iunium Hispanum ad Ambiorigem Eburonum ducem miserunt, ut secum eo de rebus ad eorum salutem pertinentibus loquerentur. quid Ambiorix astu petiorat, ut Romanos deleret, obtruncareque, sicuti etiam obtruncauit interfectis Titurio, et Aurunculeio. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 375. g.

CARRAE fuit urbs Mesopotamiae, cui COPONIVS praerat, cum M. Crassus cum toto exercitu à Surena duce Hyrodis regis Parthorum fuit obtruncatus. Sab. l. VI. Enn. 6. fol. 377.

COMVM ad Larium lacum Italiae urbs est, quo C. Caesar deduxit quinque millia COLONORVM, in quibus quingenti fuere Graeci. Comum ueteres dixerunt, eam urbem Rhetiae gens à Gallis oriunda instaurat Pompeius Strabo Pompeij Magni pater, deinde in eam restituit mox C. Scipio tria colonorum millia supraaddidit, tertio Caesar rursum fecit coloniam, nouissimoque incolatu Nouum comum appellari contigit. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 378

CARNVTES populi Galliae sunt, qui cum C. Caesarem XII. millia peditum dedere. Sunt et CABALLI, et Cadurci Galliae populi, qui una cum Vellauis, Senonibus, Sequanis, Xantonibus, et Rutenis 35. millia hominum dedere. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 379. g.

Ex Sab. ab orbe condito.

CLAROMON Arvernorum Galliae populorum Civitas est, quam prisci Gergoviam dixere. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 378.

CORBEVS vir fuit unus ex Bellovacis Galliae populis, cuius ducto Bellovaci, Ambiani, CARNVTES, Caleti, et Atrebates populi rebellarunt contra Caesarem. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 379. Carnutes a Fabio in deditionem sunt recepti. Sab. ibi.

C. CAESIVS quaestor fuit M. Crassi proconsulis, et Parthos factos feraciores ob caedem Crassi, imminenti praelio occidit. Appianus ac Syriae Cassium pro Cassio posuit. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 380.

CORNELIA castra locus Africae fuit, quia dux Caesaris Curio Iubam regem timens omissa Vticae obsidione profectus est. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 383.

CHARA genus fuit radicis, ex qua exercitus Caesaris Pompei exercitum in Macedonia obsidens panem conficiebat. Fecerunt panes uno ex ea materia dolato ad Pompeium coactis gestientibus, velut per ea debellatum esset cum hoste, qui famem conficeret, prudentissimum Imperatorem ingemuisse, ac dixisse sibi cum feris rem esse. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 384.

CELERINA insula est Africae, ad quam Caesar Crispum Sallustium Pratorem misit. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 387.

Caesetius Flaccus, et Epidius Marullus tribuni plebis fuerunt. Cum Caesar Dictator

potestate priuauit, quod fasciã, quod in sua fuit regiã, detraxissent capiti statue diademata, et eos, qui obligauerat, in uincula coniecissent. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 389

CASCA fuit unus ex percussoribus Caesaris Dictatoris, ac eius gutturis percussit. ut Cassius uultum, et Brutus femur. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 389

COMETES Romae in templo tantum colebatur, nec terrarum alibi quod diem uotiuum ab Octauio Caesaris Dictatoris filio celebrarentur; eius simulachro superciliis cometes adijciebatur. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 389.

CHAMACES uir fuit Romanus, qui C. Marij filium mentitus res nouas in urbe moliebatur. hunc M. Antonius consul aggressit, uti L. Piso in oratione, quam in M. Tullium Ciceronem contra ipsum Antonium pro se orauit, affirmauit. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 391.

CARSULEIUS uir fuit Romanus, qui cum Praetoria Octauij Caesaris cohorte, et Martia legione cum Antonio ad Mutinam dimicauit. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 391.

CARINA fuit Romanus uir, quem Caesar Dictator in Hispaniam misit ad comprimendos motus Sexti Pompeij primo tamen congressu uictus Carina est. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 394.

CRENIDA urbs Macedoniae fuit a crenis, fontibus sic nominata. Datos prius uocabatur. Philippi dicta a Philippo rege. Sab. l. VIII Enn. VI. fol. 394

Ex sab. ab urbe condita.

CORVUS à M. Antonio aedilis ampliss[imo] donatus est, quod cornua ei opipara dedisset. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 396

CODROPOLIS urbs Illyriae terminabat fines Imperij Octavij Augusti et M. Antonij triumviri. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 367.

CYPRIS mulier fuit Arabica, quae Antipatro Ascalonitae nupsit ac ex illo suscepit Herodem regem Judaeorum et Phaselum fratrem. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 398.

CARNI populi sunt Illyrici. Sab. l. 9. Enn. 6. fol. 402. multi (ait) Illyrici nominis populi metu adacti sub imperium Octavij accessum in Romanorum fidem concessere, in quibus fuere Attoxyai, Perthionetae, Taulantij, Metromani, Cambri, Caramboi, Metromani, atque Pyrissei, ita vocato, Carni, Naiisij, et Tamisci aliqua clade subacti sunt.

CAMVLI populi Rhetiae fuerunt. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 406. erant (inquit) Rhetorum appellatione Lepontij et Vindelici, Camuli, Horici, Breuni, et Tenmani.

CARNI à Tiliavento ad Natisonem protenduntur Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 408. à Pado (inquit) ad ~~Natisonem~~ Tiliaventum Venobi sunt, ubi nunc Venetia à Tiliavento

Ex Sab. [illegible]

à Tiliauento ad Natisonem Carni, ubi Aquileia. à Natisone ad Arsiam Iapides; et Istri, quorum Tergestum, et Formio amnis aliquando Italiae terminus. Sab. l. 3. Enn. VIII. fol. 408.

CVLTORES diuinarum Thusci à Graecis nuncupantur, unde Tusci populi Italiae nominabantur, quod in caerimonijs operarentur. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 408.

CARNORVM regio Veneti proxima est. hodie Foroiulienses non Carni dicuntur qui inter alpes, et mare habent sedes, appellatione Carnorum in ijs, qui alpes incolunt, adhuc residua. tentauit his locis Gallorum manus aliquando sibi urbem aedificare, sed parum feliciter. Romani plurifariam in hac loca colonos misere Barbari quoque terram ipsam ut ex proximo saepius incesserunt, et ad breue tempus oppressam tenuerunt. unde sermo ille conflatus uideri potest, quo hodie Foroiulienses utuntur, haud una sonans lingua. regio fertilis, et amoena, et quia alpes illi Aquilonem defendunt, suauiter aprica. ferox genus hominum, nec tamen inhospitale. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 409.

CIVITATES populi Romani fuerunt aut sociae, aut coloniae, aut Municipia. municipibus alijs ciuitas cum suffragio data, alijs sine. COLONIAE, ut membrum Ciuitatis, Romanis utebant legibus, Municipes suis. In his Decuriones erant, quod Romae senatores. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 409.

Ex Sab. ab orbe condito.

CIVITATIBVS populi Romani triplex conditio inerat, Seruilis, Libertina, et Ingenua. Ingenuorum triplex ordo, Plebeius, Equester, et Patritius. purpura distinguebat Patricium ordinem ab Equestri, aurum Equestrem à plebeio. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 409.

CRIMEN omne Tyberius Caesar, quia saeuissimus erat, pro capitali habebat, multique ob id uiri nobiles leuissima de causa periere, ab eo afflicti oditque per hoc illos humanum genus, et odio fuit omnibus. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 412.

CIRINVS uir Romanus à Caesare Augusto Syriae praefectus est, alij Quirinum uocant, is edictum Augusti fuit executus, ac descriptionem in Judaea inchoauit, editum autem fuit, ut describeretur uniuersus orbis. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 412.

CAPRAM nominare sub imperio C. Caligulae Caesaris fuit capitale. quod ipse hirsutus esset. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 414.

CIRCIVS uentus Narbonensi Galliae peculiaris est, nulli uentorum uiolentia inferior, ut ex aduerso uenientem nè respirare quidem sinat, aut uestigio consistere: sed aut in sua impellit, aut humi affligit. Cato in originibus scripsit armatum hominem, et currum onustum impetu eius percelli. et cum tam uehemens sit, modo aliam non attingit terram, sed nè Viennam quidem eiusdem prouinciae urbem, quo manifesta fit lex naturae uentis quoque non solum tempora, quibus spirent, sed fines etiam praescriptos. talis et in Apulia Iapix, et CAECIAS in Ponto, cuius flatu trahere ad se nubes Aristoteles credidit, non propellere. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 415.

CORBVLO Imperante Claudio Neronem CHAVCOS populos inferioris Germaniae incursantes pacauit, aggresso Gannasco eius motus, autore. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 415.

CORBVLO Domitius iussu Neronis Armeniam cum Vettio Bolano legato contra Tiridatem Parthum regem tuendam missus est. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 417.

CAPILLVS, Galba rei diuinae in Hispania operam dante, iuuenis accurrit, tota capite incanuit. Sab. l. 2 Enn. VII. fol. 419.

CIVEM unum Scipio Africanus dicebat se malle seruare quam mille hostes perdere. Vitellius Caesar huic aduersatus est. cum Bedriaci locum caedis Othonianorum exercitus lustraret, ac multi ob foetorem cadauerum horrerent, horum imbellia, et mollitiem increpans optime dixit olere caesum hostem, sed ciuem multo suauius. Sab. l. 3 Enn. VII. fol. 421.

COENAM Vitellio Caesari cui frater dedit, qua duo millia lectorum piscium et septem millia auium apposita sunt. patinam Vitellius CLYPEVM Mineruae ob magnitudinem appellauit. Sab. l. 2 Enn. VII. fol. 421.

CAESAREA fuit Palestinae urbs, quam Philippus Tetrarcha in Iudaea ad Paniadum Iordanis fontem in Augusti gratiam condidit. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 412.

Ex Sab. ab orbe condito.

CORNELIANUS vir fuit Romanus, et M. Antonio imperante Syriæ, fuit præfectus, Vologesum regem Parthorum illum prælio fudit, fugauitque. Sab. l. 7. Enn. VII fol. 431

COEHAM L. Aelius Verus Imperator qui undecim annos cum Marco Antonio fratre imperauit, duodecim conuiuis dedit sexagies centenis millibus instructam, singuli conuiuæ singulos pincernas sunt donati eleganti forma, structoribus singulis, quorum ministerio in cœna usi sunt, congestaque sunt uasa argentea, auroque crystallina, Myrrhina, nam potantibus nunquam idem est calix appositus, sed alius semper diuersa, preciosaque materia, quot ciborum generum, tot uiua animalia, eius generis dibus data. corona ex aureis lentiscis, et floribus alienis temporis. postremo abeuntibus tricliniis mulæ quibus sedentes domum abirent, et mulionibus datis pari luxuria, infamia aspersus in Prasina auriganis factione fouenda. Prasino equo, qui uolucram a celeritate nuncupauit, aureum conflauit simulachrum, quod equi desyderio secum absens luit, eidem ad præsepe stanti passas uuas propria manu fudit, et hordeum enucleatum, nunquam nisi purpura instratum ad se perduci iussit. extincto sepulchrum in Vaticano fecit, cuius medium Prasini sæpe ab eo petierunt. Sab. l. 5. Enn. VII fol. 432

CONNUBIUM, cui sacerdos non rite adesset, benediceretque, ac nisi puella solemni more uiro desponderetur. Soter Pontifex incestum haberi decreuit. Sab. l. 5. Enn. VII. fol. 432

CIBUM, quo humana consuetudo utitur, negari nomine superstitionis repudiaret. Eleutherius Pontifex decreuit. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 433

CANES iuncti ad currum sæpius Heliogabali Cæsarem traxere, aliquando Leones, sæpius ceruj, ac Tygres, quandoque mulieres nudæ, quæ uti quadrupedes currum trahebant. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 439.

CHRISTIANOS primus Alexander Mamea Cæsar fouit. cum enim sibi quendam locum publicum optassent ad pium usum, et popinarij cum uellent, Alexander consultus respondit, satius sibi uideri, ut eo loco Deus coleretur, quam popinarij fruerent. ipse Alexander in ore hoc semper habebat, quod tibi non uis, alteri ne feceris. Aliqui Adrianum Cæsarem malunt Christianos primum fouisse: utpote qui urbibus plerisque templa sine ullo simulachro aut Dei titulo aedificari iussit, ut ea Christo Dno, et Deo nro dedicaret. quæ post eius obitum Adriani cepit nuncupari. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 440.

CATULI, et porcelli, necnon gallinacei, et columbæ lusu Alexander Mamea Cæsar post cœnam oblectabatur. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 441.

CENTENARIA porticus Romæ fuit in campo Martio, Hecatostylon etiam dicta est à centum columnis, quas in se continebat. deflagrauit, cum Philippus Cæsar interfecto Gordiano tertio Cæsare rerum potitus est. qui quidem Philippus nomen Christi omnium Cæsarum primus est professus. Sab. l. VII. Enn. 7. fol. 444.

Ex Sab. ab orbe condito.

CONCORDIVS, et Calistus Damasum Pontificem XXXVIII. adulterij accusauit, absoluitur a[d] hoc crimine Damasus est, dum in publico Antistitum conuentu causam dicere fuisset coactus. Calistus, et Concordius damnati sunt, et ab ecclesia reiecti. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. [illegible]

CANERE apud maiores idem fuit, quod nunc eloqui, si Strabo uerus est autor. nec quia modulatus sit poetarum sermo, minime quadrat nobis ratio. est enim poëtica cognata historia. et quodammodo solutum carmen, ut scribit Fabius. idque adeo uerum est, ut Liuius autor grauissimus ab heroico hemistichio sit historiam exorsus, Sab. in Epistola ad Dom[...] Ennead. finiente.

Ex Volfgango. Lazio de rep. Romana.

Dacia ripensis ultra Tibiscum fluvius est hodie Ungaria sive Varadiensis, aut Segedinensis, vocatur. Lazius cap. v. l. primo fol. 56.

Dux apud Romanos erat triplex. Militaris, qui à Graecis chiliarcos eo quod mille sub se haberet, Provincialis sive Praetorius, et Limitaneus, qui confinia provinciarum tuebatur. Lazius cap. IX. l. 2.

Decuma fuit apud veteres tributi genus, ac etiam Decuma fuit genus annonae. Suetonius in Caligula: Scenicis, ait, ludis, inter equitem, ac Equestrem causam discordiam serens, decumas maturius dabat. Lazius cap. XV. l. 2.

Decursio exercitium fuit, quo milites utebantur, in castris, decursoria vero erat locus, qui et Diribatoria dicitur. Lazius cap. 7. l. 4

Doctor à Vegetio cap. .. l. primi videatur is, qui docet tyronem, ut torqueat missile, atque arcum teneat. In qua re (inquit) armorum Doctor attendit, ut magnis viribus hastile contorqueat. Idem paulo infra. At (inquit) Doctores ad hanc rem, et artifices eligendi, et maior adhibenda solertia, ut arcum diligenter, ac scienter teneant, ut fortiter impleant, ut sinistra fixa sit, ut dextra cum ratione ducatur. Lazius cap. III. l. x.

DACIA olim ea fuit, quae hodie Transylvania dicitur. Lazius cap. 20. l. v. Item eodem cap. fol. 619.

DIAVLOS erat ludus cursorius per duo stadia ut scribit Suidas. Lazius cap. XII. l. x

DONVM à munere quid differat lege infra in litera M. ubi haec dictio munus incipit.

Ex Lazio de rep. Romana.

DOMINUS à Germanis veteribus Mayr appellabatur. lege infra in lit. M. ubi hac dictio Mayr incipit.

DOBRA fluvius est Pannoniae Saviae, prisci Hoarum dixere. Lazius cap. 3. sect. V. l. XII.

DUINUM Foroiulii oppidum est Pucinis proximum, illud Germani vocant Tibein. Ugo de Duino multa scripsit contra Venetos et Patriarchas, moriensque Austriacos Principes instituit heredes. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII.

DORIMBERGUM Styriae oppidum est, cuius meminit Ottocarus Styriae dux postremus in diplomate dato XVI. cal. Sept. 1186. apud Anasum fluvium, quo Leopoldum Austriae ducem consanguineum sibi successorem instituit. Conradi enim comitis Dorimbergii quem citat diplomatis testem ibi meminit. Lazius cap. III. sect. VII. l. XII. Comites Dorimbergi originem habuerunt ex Bavaria. Lazius cap. IIII. sect. VII. l. XII.

Ex Sabellico ab orbe condito.

Diluuium Noa (ut uult D. Augustinus) fuit anno sexagesimo secundo supra ducentesimum, ac bis millesimum ab orbe condito. Eusebius subtrahit annos XX. Hebraeorum supputatio (ut autor uterque scribit) mille dutaxat annos et quingentos quinquagintasex à protoplasto ad diluuium colligit. Sab. l. j. fol. 2.

DILVVIA tria fuere, primum et maximum sub Noa. unum sub Ogyge rege Thebanum Boeotiae, aliud sub Deucalione. Sab. l. 2. Enn. p. fol. VIII.

DEOS Aethiopes duos esse aiunt, alterum immortalem, qui uniuersi conditor est, alterum uero mortalem, illumque incertum. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XI.

DEOS primi Aegyptij, aras, delubras et simulachra inuenere. Sab. l. 3. Enn. p.

DEORVM XII. Aegyptij omnium primi inuenere, arasque, delubras, et simulachra. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XIII.

DEPOSITVM uti sacrum custodiendum est. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 20.

DARDANVS ex Arcadia in Samum insulam Thraciae propinquam se contulit, ob sterilitatem inde in Phrygiam, ubi oppidum DARDANIVM condidit. Idaus filius Dardani cum magna hominum manu in montibus consedit, unde incolae Idaei uocati sunt. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 20. qui

Ex Sabellico ab orbe condito.

DARDANUM ex Bacchea uxore Teucri filia Erichthonium genuisse, quem aiunt mortalium fuisse fortunatissimum. Is ex Calliroe Scandri filia Troem genuit, à quo Troas regio. Tros Ilum, Ilum, à quo Ilium. Ilus Laomedontem. Laomedon Priamum.

DOMORUM ædificationem prima docuit Vesta soror Cereris. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21

DEORSUM Spectans Masphator hebreorum lingua dicitur, et sic uocata est Galaadiæ urbs, quo hebrei Samuele propheta duce ad parandos quondam Philistæos expeditum conuenere. Sab. l. 4 VII. Enn. p. fol. 44.

DORIENSES, seu Dores, et Peloponnenses sunt ijdem. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 45.

DELICTA hominum consilio, non euentu æstimantur. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 46.

DISPLICERE lingua Phoenicia Cabalon dicitur. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 56. Lege diffusius in litera C. ubi hæc dictio incipit Cabalon.

DOMINUM se habere nullum præter Iouem Indathyrsus rex Agathyrsorum Scythiæ populorum legatis Darij regis Persarum respondit. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 106.

DEPOSITUM pecuniarum Glaucus Spartanus à quodam Milesio hospite habuerat, dum misisset Delphos ad sciscitandum Apollinem, an eius filijs deberet restituere: cui tota domo breui extinctus est. Sab. l. p. Enn. 3 fol. 121.

Ex Sab. ab urbe condito.

DIVES adeo Pythius Atyos Celenar filius fuit, ut Xerxem cum toto exercitu hospitio susceperit. Sab. l. 12. Enn. 3. fol. 126.

M. DVILLIVS et C. Siccius Trib. plebis Romae fuerunt L. Valerio et T. Aemylio consulibus. et Appio Claudio diem dixere quod plebem seditiosis haberet. excitaretque in urbe seditionem. quod contra sacratas leges [illegible] intulisset, ac esset culpa eius in Volscos male dimicatum. Sab. l. 3. Enn. 3. fol 134. hic M. Duillius post Xviros expulsos Tribunus creatus est. ac legem tulit, ut capitale esset hunc, qui plebem sine tribunis reliquisset. Sab. l. 4. Enn. 3. fol 145.

DEOS esse Diagoras Physicus negabat. ideo impius cognominatus est. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 137. lege diffusius in litera I. [illegible] incipit. Impius cognominatus [illegible].

DARDA frater fuit Perdiccae Macedonis regis; qui et Philippus eius frater bellum gessere cum Perdicca, unde Atheniensibus Perdiccas ipse iratus est, quod eis essent opitulati. Sab. l. 5. Enn. 3. fol. 154.

D. VITIAE (ut Pericles Atheniensibus ait) sunt pacis alumnae, ac bellorum clades, inexpectatae calamitates. Sab. l. 5. Enn. 3. fol. 156.

DIES alios faustos, alios infaustos Hesiodus appellavit, cum nihilominus ob id Heraclitus redarguit.

Ex Sab. ab urbe condita.

redarguit, veluti nō una omniū dierū esset natura
casus ~~vero~~ vero (ut credo) id fecit, quod intervallo
annorum, et ad Leuctras, et ad Geraestū die quarto
eius mensis, qui apud Athenienses Hecatombeon dice-
batur, duae clarissimae victoriae sunt illis quaesitae
quae libertatem Graeciae pepererunt: uno, eodemque die
ad Mycalen, et Plateas Persae sunt à Graecis supe-
rati. Septimo Boedromionis mensis die. Thargelionis
regis duces in Granico, et Timoleon Corinthius
in Sicilia Carthaginenses vicit. Fuerunt quoque hi
menses Graecis felices: contra Metageitnion infelix
septimo die cuius Graeci ad Crannonem sunt caesi,
et diu postea eadem luce ad Cheroniā à Philippo
Macedonū rege victi. Sed talia nō dierū natura,
sed casu accidere, nā eo die, quo Romanus
exercitus Caepionis ductu à Cymbris deletus est,
certa annorū intercapedine, Tygranes à Lucullo
et Armeni sunt magno praelio victi. et Attalus
rex, ac Pompeius magnus natali suo periere
quo apparet nō inscitè Graeco carmine prodi-
tum esse ipsam diem mortalibus nunc matrem,
nunc autē novercā esse, tandem luctum, et
laetitiā, vitam, et interitum afferre. Romani
Diem ad XV. cal. Sextilis atrum et infaustum
dixere, quòd duplici clade insignis esset. illo siqui-
dem Fabij ad Cremera sunt caesi. et ad Alliā
fluviū infeliciter ab Gallis dimicatū. atque
ob id Alliensis vocatus est, nihilque aut publicè
aut privatim ea luce agebatur ex decreto. et
quia Sulpitius Tribunus postridie idus Quintilis
non litasset. placuit postridianos dies, qui calen-
das, et nonas sequerentur ratione pari atros
haberi. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 188

Ex Sab. ab urbe condita.

DARIUS rex Persarum junior Codomanus vocabatur, et cum singulari certamine hostem prostravisset, ab ocho rege Armeniae praefectus est. ocho autem extincto rex à Persis fuit declaratus. Sab. l. 4. Enn. [illegible] XII.

DISCIPLINA singulari se malle aiebat praestare Alexander magnus, quam potestate. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 209.

DAEDALA Indiae regio est, quam Alexander magnus vi cepit Choaspes fluvius eam interluit. Sab. l. VI. Enn. 4 fol. 228.

DOSO fuit cognominatus Antigonus rex Macedoniae filius Demetrii iunioris, quod omnia poscentibus polliceretur. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 245.

DENTIUM loco Pyrrhus rex Epirotarum os unum continuum supra gingivam portebat, similis in figura dentium ossis spaciis dividentibus, quod et Prusiae Bythiniae regis filio accidisse traditum est. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 246. Prusiae regis Bithyniae filius os unum continuum pro superiore [illegible] habuit. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 330.

DISCIPLINAE parantur diligentia, et tempore, studia vero praemiis. Sicuti Metrocles Maronites cynica disciplina sectator erat, qui Hipparchiam sororem ipsius disciplinae assectatricem habuit. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 251. [illegible] Metrocles ipse libros suos fertur combussisse, dicens somnium illa esse phantasmata.

Ex Sab. ab urbe condito.

C. DVELLIVS uir Romanus fuit, et unà cum Cn. Cornelio Asina fuit consul. ei data fuit prima Romanorum classis; qua Boodem, Carthaginensium classis praefectum profligauit, Annibalem cum duceret ad Liparam insulam, et ad Heliconis fluuij ostium. ob hanc uictoriam Duellius primus omnium Romanorum naualem triumphum egit. ~~Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 253 et 254~~, insuper illi additur honor, ut à coena reuertenti tibicines praecinerent, et incensi funale praeferretur. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 253. 254

DISSIMILES sui nonnunquam fiunt animi natura, uti etiam corpora. multi enim reperti sunt, qui singulari certamine ualeant in acie aut sint supra quam dici possit, timidi. quod in quibusdam etiam gentibus est obseruatum. Thessali Equites conserti insuperabiles in proelio olim habiti, per partes dimicantes timidi, et fugaces. Cretenses terrestres, et naualibus proelijs ad insidias, rapinas, nocturnas insultus, et omnia insidiarum genera promptissimi, legitimo proelio congressi pauidi, et inutiles. Achaei, et Macedones fuerunt maxime ijs contrarij. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 275.

DAMPETIA fuit Brutij urbs, quam Cn. Seruilius consul in ditionem recepit, cum Annibal ex Italia Carthaginem rediit. Sab. l. V. Enn. V. fol. 302.

SEX. DIGITIVS uir Romanus fuit, et in Hispania Q. Catonem successit, rem tum malo administrauit Sab. l. VI. Enn. V fol. 3XI.

Ex Sab. ab urbe condita.

DIDAS fuit uir Macedo, qui Demetrium Philippi regis Macedoniae filium ueneno iussu patris sustulit, quod Romanis faueret. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 321.

DIVORTIVM cum uxore primus Togatorum Sp. Carbilius fecit ob sterilitatem causa. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322.

DACI populi olim Getae nominabantur. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322.

DISSOLVI iusserunt Romani concilium Achaeorum, qui in urbes plures diuisi unum corpus, et unum imperium habebant, singularumque Urbium pericula mutuis uiribus propulsabant. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 332. Lege supra diffusius in litera A. ubi haec clausula incipit Achaei erant in plures

DORA Phoeniciae fuit oppidum, ~~quod~~ in qua Antiochus Syriae rex Diodotum obsedit. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 335.

DECEM res sunt, quae hominem felicissimum efficiunt, et in quibus quaerendis sapientes uiri aetatem exigunt. Primarius uidelicet bellator. optimus orator. Imperator fortis. quod eius auspicijs res maxima gestae sint. quod maximis honoribus sit usus. quod praecipua sapientia fuerit. quod senator summus. quod grandem pecuniam innocenter quaesierit. quod plures filios tulerit, et quod in ciuitate fuerit clarissimus. L. Metellus L. Metelli Macedonici auus hac decem habuisse traditur. Sab. l. primo Enn. VI. fol. 337.

Ex Sab. ab urbe condita.

DOTEM in Germania olim maritus dabat uxori, non uxor marito. nec ad delitias quaerebatur cultus, sed iugati boves dabantur, frenatus equus, et scutum cum framea, et gladio. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 347.

L. DAMASCVS vir Romanus fuit, et diu Romae urbis Praetor est, partesque Marij sectaretur, plerique Syllanarum partium senatores iussu eius obtruncati sunt, et in his Mutius Scaevola Pontifex maximus in vestibulo Vestae. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 345.

DAMASIPPVS vir fuit Romanus qui partes Marij secutus in Albano monte cum Sylla dimicans victus consedit atque ibi [illegible] est. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 345.

Didymus olim vocata fuit Cyzicus Propontidis urbs à Didymo monte, qui ei superimminebat. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 360

DOTIS nomine Cyzicus Propontidis urbs (sicuti Appianus scribit) Palladi à Iove attributa. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 360.

DVBIVS est fluvius Galliae, qui Vesontionem oppidum Sequanorum ferè circumplectitur, Alduasius olim vocabatur. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 369.

DIVES nullus poterat dici (ut M. Crassus aiebat) qui privatis opibus non poterat exercitum alere. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 377.

DYRRACHIVS fuit regulus Pictonum Galliae populorum, qui cum C. Caninius, et Fabius Caesaris duces obsidione liberavit. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 379.

Ex Sab. ab orbe condito.

DECVRIO idem in municipiis, et coloniis fuit, quod Senator Romae. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 380.

DRVSVS Tyberii Neronis Caesaris fuit frater. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 414.

DEVS Hetrusca lingua Aesar dicitur, unde cum Augusti statua icta esset fulmine, ac C. literam ex hac dictione Caesar abstulisset, periti ostentorum dixere, Augustum dies centum ... muniturum, quod hic numerus C. litera signaretur et post obitum fore consecrandum, quod Aesar Hetrusca lingua Deus vocaretur. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 421.

DEBRAS locus est in valle posita iuxta Macherunton urbem Iudaeae, ubi radix nascitur flammae similis vespori refulgens, qua immundi spiritus fugari creduntur ab humanis corporibus. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 425. diffusius lege in litera R. ubi haec clausula incipit. Radix nascitur in Debra.

DIABENE Assyriae regio est. Corn. Tacitus cum videtur Armeniae ascribere. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 428.

DIVITES fraude, ac dolo malo. Adrianus Caesar adit. pauperes autem eamos innocentes ditavit. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 429.

DARDANI sunt Illyrici populi cognomines iis, qui in Phrygia sunt. inde multi credidere Claudium Caesarem, qui Galieno successit, ab Ilo, et Dardano genus deduxisse. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 447.

Ex Sab. ab urbe condito:

DONATIONEM à Constantino Magno Sylvestro Pontifici factam Sab. non videtur probare. ait enim l. VIII. Enn. VII. fol. 454. Scio a recentioribus fuisse, qui scriberent, nec fama quoque hinc rei antiquae ad posteros manavit, Romam cum multis Italiae urbibus provinciisque à Constantino Romanae ecclesiae attributam, quod factum ab eo cum primum in Christianum nomen iuraret non abhorret.

Ex com. Lazij de rep. Romana.

ERIVS uir fuit Romanus, sicuti patet rhapsodia istiusmodi Spoleti descripta in ade S. Georgij. ut Lazius cap. ultimo l. 3. autor est.

D. P. VALE. QVI LIGERIS IVBENS PICENTIA NEOPHITIAE DIE CAL. V. SEP. CONSIGNATA A LIB. ERIO P. F. FL. HOSPITIANVS MARITVS VXORI BENEMERENTI DVPLICEM SARCOPHAGVM CVM TITVLIS HOC LOCO EI POSVIT. ET MARITO.

EPISCOPVS is olim uocabatur pragio, qui pani, et coeteris rebus ciuitatis uenalibus praerat. Cicero VII. Episto. ad Atticum. Vult (inquit) me Pompeius esse, quem tota haec campania, et maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus, et negocij summa referatur. Episcopus etiam munus militiae obibat, et metatoribus loca in castris pro dignitate cuiusque distribuentibus praerat. Cassiodorus. 4. uariarum cognitionum. Primum (inquit) interrogare militem, quis eum ad metata duxisset Episcoporum. hinc Episcopi ecclesiae antistites nominati sunt, quod circumeundo dispicerent pro dignitate cuiusque hospitij commoditatem. Lazius cap. VI. l. 4.

EPINICIA dicebantur ludi ob uictorias adeptas editi. Sueto. in Nerone. Reuocatis, ait, ad poenitentiam defectoribus sequenti die laetum inter laetos coeteros cantaturum Epinicia. quae iam nunc sibi componi oporteret. D. Hieron. in 2. Machab. pene ait, in ludis uictoriae fautor aquam odoriferam instruebantur. quod hodie fieri solet. Lazius cap. XIIII. l. 2.

Ex Lazio de rep. Romana.

ERTVS uir fuit Romanus, sicuti patet ex hac inscriptione, quam in Ciuitate Graccij Styriae attestatur esse Lazius cap. 8. sect. 3. l. XIII.

INSEQVENS SENILIS, ET CENSORIA ETERNA V. F. SIBI ET INGENVA ET ERTI F. INSEQVENTIS MATRI. ET MAXIMIANO MAXIMI F. VICTRICO.

EVANGELIVM D. Marcus ex dictatu D. Petri Aquileiae scripsit. Lazius cap. VIII. sect. I. lib. XII.

ENSIVM Norici oppidum est, quod prius Laureacum dicebatur à liberis Laureatis nuncupatum, quas ibi M. Anton. Philosophus Caesar de uictoria contra Marcomannos accepit. Ensium quoque flumen, ac uectigal nuncupatur. Germani priores syllabas apocitant, ac Ensium perinde ac oppidum Laureacense Ens nominant. Lazius cap. I. sect. VIII. l. XII

Ex Sabellico ab Erbo edit.

ERIDANVS Phaeton dictus est, unde multi Eridanum amnem Padum vocavere, quod in eo Phaëton sit obrutus, sicuti fabulantur, sicut Philoxenus, Nicander, ac Euripides poetae. Aeschilus Eridanum Hispaniae fluvium esse narrat. Theophrastus Phaëtontis oraculum, ac delubrum esse in Aethiopia prodidit, multi affirmant nullibi gentium Eridanum inveniri. Sab. l. 3. Enn. j. fol. 14.

EQVOS domari Neptunus primus docuit, unde Equestris fuit a Graecis et nuncupatus. Sab. l. 4. Enn. j. fol. 21.

EGLON, et EBRON / Palestinae fuerat oppida, quae Josue dux Israelitarum delevit. Sab. l. 4. Enn. j. fol. 22.

EX EQVIS rationem dimicandi docuere primi omnium Centauri, Thessaliae populi, quos ideo biformes multi credidere, quia cum forte circa Peneum amnem equis sedentes aquarentur, haberentque potantes equi ora fluctibus immersa, tam spectantibus procul speciem praebuere, quam in Centauris postea vetustas figuravit. Sab. l. v. Enn. j. fol. 27. Ex equo pugnare primi omnium Thessali populi docuere. Sab. l. 2 Enn. 4. fol. 193.

EVGANEI populi alpium incolae comites Herculis dicuntur fuisse, similiter etiam Lepontii. Sab. l. VI. Enn. j. fol. 32.

Ex Sabellico ab urbe condita.

EPICEDION David rex Jonathae Sauli regis filio à Philisteis cum patre, ac filiis obtruncato edidit, ac eius laudes carmine funebri complexus. Sab. l. VIIII Enn. 1 fol. 49

EPHORI apud Spartanos eam autoritatem habebant, quam Tribuni plebis Romae. Initia Ephori habuere, cum Theopompus rex fuit Spartae. Sabellicus l. 2. Enn. 2. fol. 65. 3

ERETUM Sabinis fuit oppidum Tyberi propinquum) iuxta quod Tullus Hostilius Sabinos devicit. Dion. Halicar. Heretum oppidum hoc appellat. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 78. idem Sab. fol. 84. ipsius Enn. ait Eretum fuisse vicum agri Sabini, propinquum Tyberi. idem l. 3. Enn. 3. fol. 140

EGERIUS fuit ob paupertatem vocatus, Lucumo Tanaquilis maritus, qui postea Tarquinius appellatus est, ac rex fuit Romanorum. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 81. 5

ECETHRA Civitas fuit Latii, qua Martius Coriolanus cum Romam duceret in cepit. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 120. Idem l. 3 Enn. 3 Volscis ascribit.

EUBOEA insula nomen habuit à matrona sic vocata. Strabo ait ab antro quod Aula bovis vocabatur, in quo Io Epaphum enixa est. Sab. l. 9. Enn. 3 fol. 122

EQUA leporem fuit enixa, cum Xerxes cum exercitu Hellespontum traijceret. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 127.

ELOQUENS adeo fuit Pericles; ut eum fulgurationes effundere, tonitrua ciere, ac horrendum in lingua fulmen habere dicitur sit. pulsitus assensionis vota semper faciebat. Sab. l. 4. Enn. 3 fol. 150. 5

Ex Sabellico ab urbe condito.

EPIDAMNUS rex quidam Barbarorum fuit, qui EPIDAMNUM urbem in ora Macedoniae condidit. Eiusque ex filia nepos Dyrachius portum ibi adiecit, quem Dyrachium a se nominari iussit. Ionius Dyrachi filius fuit, quem Hercules in societatem belli ~~ab Hercule~~ a Dyrachio acceptus per errorem interfecit, ac eius corpus in mare proiecit, unde mari Ionio nomen datum. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 152.

EREIUM locus in Lesbo insula est, ubi classis Atheniensium contra Mindarum ducem Lacedaemoniorum consedit. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 175

EQUI aqua Sybaris Italiae fluminis poti sternutamento agitantur. Cratidi vero fluvio immersi candidi et flavi efficiuntur. Sab. ~~l. 9. Enn. 3.~~ fol. 182

EMPULIUM agri Tyburtini fuit oppidum. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 202.

ESERNIA urbs fuit Samnitum Italiae populorum. Sab. l. 5. Enn. 4. fol. 203. infra diffusius in litera P. ubi haec dictio magis ... Parma.

EPIROTAE populi a Pyrrho Achillis filio, qui ex Ilio reversus paterno principatu per avaritiam amisso in Molossidi consedit, et incolas regionis Pyrrhidas vocavit, qui postea Epirotae dicti fuerunt ut ait Trogus. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 245.

Ex Sab: ab urbe condita.

ELECTRUM à multis Lingurium. Sab. l. 9 Enn. 4. fol. 258. lege diffusius infra in litera L. ubi hac clausula incipit. Lingurium dicitur

EVA, et Olympus Achaiae sunt colles, ubi Antigonus rex Macedonum, et Cleomenes dux Lacedaemoniorum dimicavit, ac Lacedaemonii fusi, et fugati sunt. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 21

EVERGETES lingua Aegyptiorum bene factor appellatur. Sab. l. XI. Enn. V. fol. 2

ENSIS Populi Romani M. Claudius Marcellus à Romanis vulgo appellabatur. Q. Fabius Max. clypeus. quòd urbem Romanam contra Annibalem tutarentur. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 283. Idem l. 4. Enn. V. fol. 293

EVRYALVS in urbe Syracusana Siciliae fuit tumulus. Sab. l. 4 Enn. V. fol. 28

EVENIRE solent nonnunquam eadem, vel quia ingens rerum multitudo facilem (ut quidam volunt) habet ad similitudines fingendas materiam, vel quia ex quibusdam terminatis numeris fit rerum series connexa. Satis constat duos Actaeones, alterum Syrum alterum Arcadem discerptos, hunc à canibus, illum ab amatoribus. à duobus Scipionibus Carthaginem victam ab uno tubicinarum fraudem ab altero eversam. ter Troiam equo captam. duarum civitatum quae ab odoratissimis plantis nomen habuerunt chios, et Smyrna in altera Homerum nasci contigisse in altera dixisse: clarissimi quidam Imperatoris altero

Ex Sab. ab urbe condita.

altero anno convenit. Philippus Amynthae filius, Antigonus, et Annibal, qui duces fuluiorum eisdem locis, eodem pene modo, castris ac exercitu spoliavit. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 292

ERIVS Asinius ex ducibus Italis fuit unus, qui sociali bello cum Romanis dimicarunt. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 350.

ENETI Macedoniam incoluerunt. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 354. Sylla, inquit, inducias pacturus ne intestina in ocio esset, Dardanos, Euros et alios quosdam Macedoniae accolas; qui rem Romanam perturbatione freti assiduis incursionibus eorum terram infestabant bello adoritur. Et; [illegible]

ENETIA urb Urbs Cappadociae, quam

[illegible]

ENETIA fuit urbs Cappadociae, post Amisum dixere. Lucullus Romanus Imperator Mithridatem fugientem persecutus obsedit. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 360.

EQVIS apud Parthos vehuntur ingenui servi pedibus currunt. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 376

ELOQVENS ita fuit M. Cicero, ut in foro regnare dictus sit. aemulus ei fuit Hortensius. multi oratores hac tempestate claruerunt. M. Brutus in quo gravitatem suam aetas probavit, ut in Caelio indolem, in Calidio subtilitatem, in Curione promptitudinem, in Crispo brevitatem. Sab. l. VII Enn. VI. fol. 381.

Ex Sab. ab orbe condito.

EQVI, quos Marti Caesar consecrarat in transitu Rubiconis, mortem illius praesagientes, uagi, et sine custode, ut ameuti, (sic) uagi errantes comperti sunt per eos dies ubertim flere, pertinaciterque abstinere pabulo. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 389.

ELOQVENTIAE certamina addidit C. Caligula Caesar graeca, ac Latina, unum Lugduni in Gallia, ubi, qui succubuissent, uictorum laudes scriptis celebrare cogebantur, qui non placuissent, spongia detergere, nisi ferulis obiurgari mallent, mergique proximo flumine. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 414.

ELACON mons iuxta Hierosolymam urbem ab oriente positus est. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 423.

EQVO Prasino L. Aelius Verus sepulchrum in Vaticano fecit. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 432. lege supra diffusius in lit. C. ubi hac clausula incipit, Coena L. Aelius Verus.

ELEPHANTIS duos dentes habuit Firmus, quem Aurelianus Caesar uicit, quorum longitudo denum pedum fuisse traditur. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 448. lege infra diffusius in litera F. ubi hac clausula incipit, Firmus uir fuit.

EQVVS in bello Alanico captus, et Probo Caesari donatur centum millia passuum singulis diebus perpetuo cursu conficiebat, et in ea celeritate dies octo, aut nouem perseuerabat. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 449.

Ex Sab. ab urbe condita.

ELOQVENTISSIMVS fuit Hadrianus Caesar. Sab. l. viii. Enn. vii. fol. xxi. lege diffusius in A. litera, ubi haec clausula incipit. Aquileiensis ~~expugnat~~ ~~[illegible]~~ chari caesaris,

ELOQVI ueteres canere dicebant. Sab. in epi. ad Dongenitum Eunucdam finiente. lege diffusius in litera .C. ubi haec dictio incipit. Canere apud maiores.

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana.

Feuda regalia inde originem habuere, quod militibus limitanei agri donabantur, filijs quam similiter militarent. Cap. 2. l. primi fol. 28.

Foroiuliensis fuit Julius Agricola. Corn. Tacitus in eius uita. Cn. (inquit) Julius Agricola uetere, et illustri Foroiuliensium colonia ortus, utrumque auum Procuratorem Caesarum habuit, quae equestris nobilitas est. Lazius cap. XIII. l. 2.

Forumiulium usque ad Torcellum protenditur, et illud continet. Lazius cap. XIII. l. 2. de dispensatoribus agrorum monumento hoc Torcelli esse in Foroiuliensi agro attestatur.

CHAERONTI AVG. N. DISP. RAT. COP.
EXPED. FEL. III. ET IIII. GERM.

Idem cap. 9. l. 2.

FAVONIVS uir Romanus fuit, quod patet monumento hoc in Lusitania reperto à Bartholomaeo Marliano ut Lazius cap. ult. l. 3. attestatur.

EGO GALLVS FAVONIVS IOCVNDVS P.
FAVONII F. QVI BELLO CONTRA VIRIA-
TVM OCCVBVI. IOCVNDVM, ET PRV-
DENTEM FILIOS E ME, ET Q. FABIA
CONIVGE MEA ORTOS HEREDES RELINQVO.

FORA integrae prouinciae, quibus Romani emporia frequentabant, nominata sunt, ubi Foroiulium, Forum Sempronii, et Forum Aurelium. Lazius cap. V. l. 4.

FIRMIANVS uir Romanus fuit, quod hac inscriptione patet in aedibus Archiepiscopi Sipontini Romae insculpta, ut Lazius cap. VIII. l. 4. autor est.

L. CORNELIV

Ex Wolfgang Lazij de rep. Romana.

L. CORNELIO FIRMIANO Q. R. AVILA VETERANO COH. III. PR. MISSO HONESTA MISSIONE. QVI VIX. ANN. XXXXV H. EX TESTAM. IPSIVS POSVERVNT.

FLAVIANVS uir fuit Romanus; sicuti patet hac inscriptione, quam Lazius esse Mogontiae ... attestatur.

C. IVLIO FLAVIANO CORNICVLARIO LEG. XXII. P. P. F. STIPENDIORVM XVII. QVI VIXIT AN. XXXV. MENS. XI. D. XXV. COCCEIA CHRYSIS CONIVGI INCOMPARABILIS PIETATIS.

FLAVIANA fuit una ex alis exercitus Romani. huius mentio fit hac inscriptione Patauij extra in domo Episcopali.

L. VALERIO PRISCO VIENNENSI PRAEF. II. COH. DVAE TERTIAE ~~PRAEF. ALAE FLAVIANAE~~ ET SECVNDAE EQVITATVM TRIB. LEG. X. FRETEN. PRAEF. ALAE FLAVIANAE PRAEF. FABROR. LOC. SEPVLTVR. D. D. PVBLICE DATVS.

Lazius cap. 2. l. VI.

FREGELLANA fuit una ex turmis equitatus Romani. T. Liuius l. VII. dec. IIII. in belli Macedonici descriptione: postea quam (inquit) transitum in Asiam est, cum turma Fregellana missum exploratum ad regia

Ex comm. ... de reg. Romanis.

ad regia castra effuso obviam equitatu ut reciperet sese in eo tumultu dilapso equo cum duobus equitibus ita ad regem deductum esse. Lazius cap. 2. l. VI

TORCELLUM prope Aquileiam est. Lazius cap. VI l. VI. monumentum hoc ... hanc superinscriptionem ponit. Torcelli prope Aquileiam.

LONGINUS PATROCLUS SECUTUS PIETATEM COLL. CENT. HORTOS CUM AEDIFICIO HUIC ~~SEPULTURAE~~ SEPULTUR. IUNCT. VIVUS DONAVIT.

TORULI pro spectaculis, ~~et ludis circensi~~, ut ... Festus Pompeius ait, nominati sunt a foro per diminutionem. Tranquillus ...

FORULOS pro ludis circensibus posuit cap. de gestis per eum in Pontificatu. Supra duo millia, inquit, contracta undique cremauit, et solos retinuit Sybillinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub ... Apollinis ... Hic libros ... Lazius cap. V. l. X

FOROIULIENSIS equitatis honoratis possessoribus, et curialibus epistolam scripsit Theodoricus rex, ut l. 4 Variarum, Cassiodorus ait. Lazius cap. 2. l. XII.

FUNDUS, sicuti aiunt Festus, et Varro, dicitur omnis ager ad aedificia villae colonorum pertinens, sive sit urbanus, sive rusticus, sic nomine Florentin. ... ait fundi appellatione agrum omnem, ac aedificium omne contineri. Lazius cap. VI l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

FRANCI populi ante olim vocati sunt Brenci. et ab audacia ex Graeca origine dicti sunt Franci. Vide supra in lit. B. ubi hec dictio inciqit, Brenci.

FOROIVLII Dux Henricus spoliavit regiam Unnorum, que Ringus dicebatur, in Pannonia, et inde abstulit thesauros, ut Eginarhus scripsit Urspergensis in suis annalibus tradit. Lazius cap. 3. sect. 3 l. XII.

FLUVIUS frigidus Foroiulij est, si Antonino in itinerario credimus. hodie Vipachus dicitur Lazius cap. V. sect. 4. l. XII.

FOROIVLII Duces Tasso et Caco qui Gisulfo patri successere, ac regionem Sclavorum, que Zelia appellatur usque ad Vodal, que Medaria dicitur, possederunt. unde usque ad tempora Rachis Ducis ijdem pensionem Foroiulianis persolverunt. Lazius cap. VI. sect. 4. l. XII

FINES locus est Pannonia Savia inter quadratum, et Sisciam. Lazius cap. IIII. sect. V l. XII. ait Fines fuisse propterea dictum locum, quod ibi essent limites Valeria, Savia ac Liburnia. quo situ hodie Samaguanum castrum positum cernitur. atque totum eum tractum, inquit, Gurcum fluvium irrigare quam Strabo l. VII. Geographica Corcoram dicit. a Tergesto (inquit) pago carnico transmissio est per promontorium ~~nomine Lugeum~~ ad paludem nomine Lugeum. Nauporto proximus est fluvius Corcoras, qui onera excipit. hic fines Savia initiatur.

Fines locum dici ego arbitror autoritate Strabonis ductus, quod Carnia a Pannonia dirimant, ad quem

Paulus

Ex Lazius de rep. Romana.

Paulus Diaconus tradit Venetiam extremam Italiae regionem, in qua comprehenditur Japidia, teste Servio illud Virgilianum exponente. Castella in tumulis, et Japidis arva Timavi. protendi.

FOROIVLII loca haec sunt fons Timavi. Ancsica. Malus, Tituli, Tarsatica, Turris. Senia. Avendo, Arupinum. et Bibilis. Lazius cap. V. sect. V. l. XII. Siquidem, inquit, Antoninus iter ab Aquileia per Japodes, ac Liburniam Sisciam ostendens annumerat loca intermedia. Fontem Timavi. Ancsicam, ad Malum, ad Titulos, Tarsaticam (haec Forojulii sunt loca) Turrim. Seniam. Avendonem, Arupinum. Bibilinum.

FELA fluvius Forojulii est Glemonam praeterfluens. Velam, seu Velach addita aspiratione Barbari vocitant. Lazius cap. 9. sect. VI. l. XII. plura lege in litera G. ubi haec dictio incipit. 16 Glemonam Fela fluvius praeterlabitur.

FOROIVLII duces ex Langobardis fuerunt hi. quorum Diaconus meminit. Gisulphus ab Alboino rege Langobardorum constituitur. ei Taso, et Caco filii successere. Sive Cacanus interfecto ab Avaribus parente; quos Magnus patricius Romanus dolo apud Opitergium detruncavit. Secutus est hos Grasulphus Gisulphi frater, atque hunc Ago. Agonem Lupus cum filio Varnofrido. Vectaris a Grimoaldo rege Langobardorum constituitur. Landaris postea. Rodoaldus, et Ansfridus deinde reguli. Addo frater Rodoaldi; Ferdulfus, Cormilus a Luitprando rege substitutus

Ex Lazio de rep. Romana.

tutus est, Pemon nepoti Cornulij. Rathisius postea rex Langobardorum: Astulfus, qui postea rex fuit Langobardorum, et à Pipino rege Francorum victus, ac regno exutus est.

FOROIVLII Duces a Carolo magno, alijsque Francorum regibus dati. Rusogausus, Ericus, Cadoldus, Baltricus à Ludouico primo ducatu priuatus, sicuti Eginartus autor est. Berengarius primus: qui fasces imperij rapuit, et aduersus Ludouicum postremum Carolingorum se Imperatorem nominauit. Berengarius secundus, patris secutus potentiam, et consilia de parte imperij cum Vgone Gallo pepigit. Berengarius tertius, qui diu imperij fasces cum Lamberto filio fert, ab othone primo captus est cum Vuilla uxore, apudque Babenbergam Germaniae in exilio, et custodia diem obijt. postea Foroiulium in Prouinciae formam redactum est, ac illud Caesares cura Praesidum inde administrarunt. Tandem Corradus 2. Imperator Foroiulium Popponi Aquileiae Patriarchae, qui eius fuit cancellarius, donauit, ac elargitus est. Quapropter ij Patriarchae, qui Popponi successi sunt, se Foroiulij Duces scripsere, ac in uera fuere possessione usque ad Ludouicum Decensem, cui Carolo IIII. imperium maiorem partem Principatus Veneti ademerit. Lazius cap. pmo secti VI. l. XII.

FORVMIVLIVM protenditur supra Villacum, Lazius cap. 11. secti VI. l. XII. Villacum, inquit, à Vela Valle, ridetque, id est, Belloia Antonini quam Velladium addita aspiratione in fine Carni ~~uocant~~ uocare solebant, nominatum extitisse, non est, quod ambigam. Vela namque Itali adhuc uocant uallem, uel (ut ipsi uocat) canalem

Ex Lazio de Rep. Romana.

Carialum in Foroiulium designantam quam Villach Germani, hoc est, Carni dicunt, ut non solum Villachum usque, quem Lazius adhuc secus Dravi ripam ad Tirolis limites et Cantium extendunt. nam et supra Lanciae rudera, quae in S. Petro paulo supra Spitalum extant. Villach montani et oppidulum supersunt:

FURT à Germanis traiectus vocatur, unde oppidum Carinthiae Clanfurtum dicitur, quod etiam claudenfurtum, seu clangenfurtum dicitur, in quo fures prius suspenduntur, et postea triduo fit eorum inquisitio. Lazius cap. III. sect. VI. l. XII.

FORUMIULIUM ad Carniolam usque protenditur, Eginartus, sicuti ait Lazius cap. V. sect. VI. l. XII. Exercitu, inquit, de Pannonia reverso Cadeloccus Foroiuliensium dux febre correptus in ipsa Marchia decessit. cui cum Baldricus fuisset subrogatus, et in carentinorum regionem, quae ad curam ipsius pertinebat, fuisset ingressus, obvium ibi habuit Ludovici exercitum, quem iuxta Dravum fluvium iter agentem parva manu aggressus pluribus interfectis avertit, et de illa provincia fugavit, et item quibus domum reversis Carniolenses qui circa Saunum fluvium habitant, et FOROIULIENSIBUS pene contigui sunt, Baldrico se dediderunt.

Ex Lazio de rep. Romana.

FELETHEVS rex fuit Rugorum, qui ab Odoacro Herulorum rege, victus, ac extinctus est. ut Paulus Diaconus cap. XII. libri primi Langobardicae historiae ait. Odoacer hic postea fuit rex Italiae, ac cum Theodorico rege Gothorum ad ripas Sontij fluminis, quam prisci Hatisonem vocauit, praeliatus est, ac victus Rauennam se contulit. Lazius cap. ult. sect. VII. l. XII.

Ex Sabellico ab orbe condito.

FVRTO apud Scythas nullum maius flagitium est. Sab: l. p. fol. 3

FVRTO Indi abstinent. Sab. l. p. Enn. p. fol. V.

FIDEI violatores Indi nulla mulctant poena, uelut cautius cum ceteris mortalibus sit agendum, uidendumque, cui credas. Sab. l. p. Enn. p. fol. V.

FAMES (ut ait Ruben Josepho fratri Annonae Aegyptiorum praefecto) cogit homines oia extrema audere. Sab. l. 2. Enn. p. fol. X.

FILIVS, qui parentibus iniurius est, extra urbem suspendendus est. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 20.

FVNERA, sepulchra, et iusta mortuis reddenda instituit Pluto, ideo rex inferorum creditur. est. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21

FORTIS, ac Robustus Sanson dicitur à Iudaeis. Sab. l. VII. Enn. p. fol. 38. lege diffusius in lib. 5. ubi hac clausula (~~dicto~~) incipit, Sanson, ex Manue Danitano

FILIORVM est (ut Ionathas Saulo patri hebraeorum regi ait) ~~et~~ imperium patris audire, sed ut audire, ita etiam considerare, qualia sint, quae filijs à patre imperentur. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 47.

FORTITVDINEM animi magnam Saulus rex Israëlitarum ostendit. cum enim Samuelis umbra cum esset in acie cum duobus filijs casurum dixisset, in aciem descendit, occubuitque. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 49

[illegible] Sabellico ab [illegible] edito

FAMES adeo magna invasit Samariam, dum rex Joras Achabi filius regno potiretur, et a Syriæ Adado rege obsideretur, ut Asini caput octoginta nummis argenteis venierit, et duæ mulieres filios interemerint, ac veluti se ad levandam famam partitæ sint. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 60.

FRATRIA vocabantur ea convivia, quæ Cretenses publice faciebant. Lacones hæc convivia Philias ab amicitia publica dixere, vel quasi Phiditias, quod in conviviis de Phidone, id est parsimonia assuescerent. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 63.

FULGURA, et tonitrua in deorum contemptum imitabatur Romulus Sylvius Albæ rex. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 62. [illegible] lege infra diffusius in litera R. ubi hæc clausula incipit Romulus Sylvius.

FERETRIUS Juppiter is vocatur est, cui Romulus Larte Tolumnio interfecto tulit spolia opima. unde Dionysius Hal. ait à ferendis spolijs vocatum esse. Plutar. à percusso hoste. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 72.

FLAMA (ut Dion. Halicar. scribit, vocabatur infula, quam gestabant capite sacerdotes, qui Flamines appellabantur. plerique aiunt nominatos quasi Filamines ab insigni, quod ferebant capite, alij à pileis quasi Pilamines. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 76.

Ex Sabellico ab orbe condito.

FILIOS quatuor quędam mulier in Peloponneso uno partu enixa est. Fausta mulier plebeia Hostiae civitatis extremis Augusti principis temporibus duos mares, ac duas foeminas uno partu enixa est. Troges prodidit septenos uno partu in Aegypto natos duae filiae Sedimi Albani, altera quarum Horatio Romano in matrimonium collocata est, altera vero Curiatio Albano, trigeminos Curiatios, et Trigeminos Horatios uno partu peperere. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 77. filios trinos habenti alimenta publica usque ad pubertatis annos pro illis ex lege accipiebat. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 78.

FERONIA fuit Dea Latinorum, Sabinorumque aliqui putant esse Persephonen, aliqui vero Iunonem.

FAMES, sitis, pestilentia, et alluviones tela sunt deorum, quibus (sicuti Ancus Martius populo Romano dixit) hominum scelera ulciscuntur. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 80.

FILIVS, qui nulla est arte ad usum vitae a patre institutus, non tenetur alimenta ulla patri dare ex Solonis lege. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 86.

FOEDVS Arabes ita sanciunt. manum medium lapide secus ~~maiorem lapidem~~ digitos feriebant interiore parte inde flocco ex eorum vestimentis qui faciunt id, desumpto septem lapides in medio constitutos cruore inungunt Dionysium et Uraniam, quos solos deos arbitrantur, vocantes. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 98.

Ex Sab. ab orbe condito.

FVSTES, ac vincula petens quam ferro Serici Scytharum formidarunt, et ipsi armis victi fuerint, qui ferro negabant vinci. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 145.

FIDVCIA initium vincendi est, ut ait Pindarus ac eum Themistocles sequitur. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 132.

C. FVLCINIVS Cloelius, Tullius, Sp. Antius, et L. Roscius legati fuerunt Romanorum, qui a Larte Tolumnio Veientium rege fuerunt interfecti, dum novi consilij causam sciscitatum eo accessissent. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 149.

FOEDIFRAGI sunt non qui coacti foedera violant, sed qui eos destituendo ad id faciendum compellunt. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 154

FILIVM Machaeus Carthaginensis in crucem sustulit purpura, et infulis ornatum, quod accessitus publicae religionis munus dixit se obire malle, quam officio privato fungi. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 181.

FAMES adeo valida oppressit Artoxerxem in Cadusior montanum, ut caput Asini LX dragmis venditum sit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 183

FILII morte nunciata Xenophon Atheniensis philosophus ait sciebam me illum moritum genuisse. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 192

Ex Sab: ab orbe condito

FIDEM Manlio Torquato Manlij imperiosi filio, Pomponius Tribunus plebis praestitit de liberando patre, quam coactus dedit, et tamen plus filij ualuit, quam tot Manlij imperia inuidiosa. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 198.

FEROCIAM minorem habent, qui procul ab urbe Roma orti sunt. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 203.

FREGELLAE oppidum Samitiū agri fuit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 209.

FONTIS Iouis Ammonis natura. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 215. Lege supra diffusius in litera A. ubi hac dictio incipit Ammon Iupiter. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 215.

FVNDA mulieres Mardorum Asiae populorum, qui Persiae uicini sunt frontem cingunt, id illis telum, et mundus est. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 220.

FORTVNAM sine pedibus esse aiunt, manus tantum, et pennas habere, atque eadem cum manus porrigit, pennas comprehendi non patiatur. Sab. l. ~~V. Enn. 4~~ fol. ~~224~~ sicuti oratores Scythiani Alexandro magno dixere. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 224.

FIDES apud Scythas religionem continet. Graecis iusiurandum cautio est. Sicuti oratores Scythiani Alexandro magno dixere. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 224.

F G H I L M N O P Q R S T V

Ex Sab. ab urbe condita.

FEMVR lingua Indorum Merος dicitur, et ita Meros appellatur mons, ad cuius radices Nysa Indiæ urbs sita est, unde fabula de Baccho, et Iouis femore originem habuit. Sab. l. VI. Enn. 5. fol. 228.

FRESILIA urbs Marsorum est, quam M. Valerius Dictator expugnauit. Sab. l. VII. Enn. 5. fol. 238.

FERENTINVM Hernicorum ciuitas fuit, alia et huius nominis Samnitum, quam P. Decius consul expugnauit. Sab. l. VII. Enn. 5. fol. 239.

FVGITIVI, ac rebelles à Lucanis Italiæ populis Brutij uocantur, inde nomen accepere Brutij populi Italiæ, qui Lucanorum pastores fuere. Sab. l. VIII. Enn. 5. fol. 249.

FALX dicitur à Siculis Zancle, ut ait Polybius, ut aut Strabo loca curua nominant Zanclia, unde Ciuitas Siciliæ Messana prius Zancle ob curuitatem appellata dicta est. Sab. l. VIII. Enn. 5. fol. 250.

FVNALE incensum C. Duellio Romanorum consuli ob uictoriam de Chartaginensium classe [illegible] adeptam ad Milas Siciliæ urbem ad ostium Heliconis fluuij positam ex decreto Senatus praeferebatur, et à coena reuertenti tibicines praecinebant. Sab. l. 9. Enn. 5. fol. 255.

Ex Sab. ab orbe condito.

FREGELLAE colonia circa Lyrim fluuium à Romanis eo anno deducta est, quo Hamilcharem patrem Annibalis Carthaginenses ducem contra Romanos creauere. Brundusium in Salentinis eo anno etiam colonia deducta est. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 257.

FANUM Asiae oppidum est, ex aduersa Byzantij regione positum. illud Prusias rex Bythiniae cum Byzantiis dimicans in Rhodijs occupauit. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 276.

FUISULAE Samnij oppidum est, quod Q. Fab. Max consul cum cepit. Sab. l. 3 Enn. V fol. 283.

FAUCULA Cluuia, et Appia Bestia foeminae campanae fuerunt, in Romanos admodum propensae. unde capua urbe à Romanis capta omnia bona eis restituta sunt. M. siquidem Attilius Regulus dixit, Cluuiam captiuis Romanis furtim alimenta suppeditasse. Appiam uero dijs pro uictoria populi Romani quotidie sacrificasse. Sab. l. 4 Enn. V. fol. 291.

FONS in Andro una ex Cycladibus insula est qui Mutiano autore nonis Januarij uini sapore fluit. fons hic in templo liberi patris est. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 306.

FAMES pestilentiae alumna est. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 328.

Ex Marco Antonio Sabellico condito.

FREGELLAE oppidum Latij ad Lirim fluuium est. L. Opimius Praetor illud in deditionem recepit, ac receptum diruit eo tempore, quo Virtutus rex Aruernorum Galliae populorum uictus, et captus est. 150 bellatorum millibus partim caesis, partim (ut Eutropius ait) Rhodano submersis ponte soluto, quem ex iunctis nauibus super flumini hostes extruxerant. Sab. l. primo Enn. VI. fol. 338.

FVLCINIA fuit mater C. Marij, qui Cymbros deleuit, ac VII. fuit consul. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 344.

FVLMINVM genera plura sunt, inter quae fulmen est, quod clarum uocant, mirifica natura. hoc dolia exhauriuntur intactis eorum operimentis. aurum, et argentum liquatur, aere sacculis aliquando ambusti. nec confuso quidem cera signo si obsignati fuerint. simili casu Martia Romanorum princeps, cum grauida esset, icta est exanimataque partu. citra annos aliud incommodum uixisse fertur. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 345.

FRAMEA uocatur à Germanis hasta. Sab. l. 2 Enn. VI. fol. 341.

FOEMINIS Germani arbitrantur inesse aliquid sancti, et prouidi, propterea earum consilia non aspernari, aut responsa negligere. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 341.

FAMES adeo ualida fuit Athenis, dum eas Sylla obsideret, ut mille drachmis uenirent tritici medimnum, et inops multitudo gramina circa arcem nascentia pecudum ritu depasceretur. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 352.

Ex Sab. ab urbe condita.

FILIOS sexcentos Herotimus, Arabum rex ex numerosa pellicum manu habuit. per quos uariis bella, administrabantur. Sab. l. 3 Enn. 6. fol. 355.

FAVSTVM ueteres dixerunt, quicquid felix est, ac hilare. unde Sylla dittator Faustum se nominauit, et filium Faustum, et Faustam filiam uocauit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 356.

FORTVNATAE Atlantici maris duae insulae sunt, paruo inter se distantes spatio. et X. millibus stadiorum à Lybia remotae. Imbres illis rari, mediocresque uenti, ipsique plurimum suaues, ac roriferi. solum pingue, nec arari tantum, plantarique idoneum. sed sua et sponte suauissimos fructus ferens. ocio=saeque multitudini alimenta sufficiens. coeli ad haec multa temperies, anniquae parua muta=tione contentum. Venti, qui à terra flarent septentrio, et Aquilo, ob longissima maris spacia languidi, ac pene prius euanescerent, quod eò applicarent. qui à pelago spirant, Argestes, et Zephyrus, modicos ferunt imbres. ibique omnia facile aere humido nutriri. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 357.

FOROIVLIENSIS ... Galliae ... ortaeamus Augustus post damnatum Antonium, Aegypto in prouinciam formam redacta praefecit. Sab. l. 9 ... fol. 407.

Ex Sab. lib. ordine [illegible]

FORTUNAM, dum esset iuvenis, Galba Caesar per quietem sibi visus est audire dicentem se stare ante fores defessam, et, nisi ocyus caperetur, cuicunque obvio praedam futuram. illum, cum experrectus, aperto atrio signum Deae simulacrum ante ostium invenit, quod inde sublatum multa deinceps veneratione coluit. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 419.

FORTISSIMUS in pugna miles est, qui ante pugnam quietissimus, sicuti Otho ait Caesar. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 426.

FAMES adeo (Vide l. 3.) magna fuit Hierosolymis, dum T. Vespasianus eam obsideret, ut modium tritici talento emerit, multi bubulos fimos mandere conati sint, alij cloacas rimari, ac inde cibos sibi quaerere; materque filium occiderit ac occisum esitavit. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 429.

FUNGIS abstinebat Domitianus Caesar. et cum eos appositos edere nollet, pater Mathematicorum responso instructus risisse dicitur, quod ille, quasi mortis suae ignarus, magis fungos quam ferrum timeret. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 427.

FILIOS ~~nullos~~ summi viri aut nullos morientes relinquunt, aut tales, ut satius fuerit filios non habere; id Severi Caesaris exemplo comprobatur, qui duos filios reliquit omnibus ditiores, qui antea imperaverant, et omnibus turpiores. Sab. l. 5. Enn. VII. fol. 436.

FILIOS Heliogabalus Caesar dicebat se non optare, nequis sibi frugi nasceretur. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 439.

Ex Sab. ab orbe condito.

FLUMINUM nigri ex ueteri instituto Praesidia imponebant Romani Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 439. et 440.

FURES Alexander Mameae Caesar criminis conuictos non solum mulctauit, sed leui etiam suspitione respersos nunquam ad salutationis officium admisit. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 440.

FUMO Alexander Mameae Caesar Verconium Turinum necari fecit, quod uanam spem rerum a Principe impetrandam ciuibus uenderet, pracone clamante: Fumo plectitur, qui fumum uendidit. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 440.

FICOS uirides, et ceteras fruges ex arboribus semper alienis ~~temporibus~~ mensibus Galienus Cae. praebuit, uuas circiter triennio seruauit, monstrauitque rationem, qua mustum toto anno biberetur. Sab. l. VII. Enn. 7. fol. 446.

FIRMUS uir fuit ex Seleucia, et in Aegypto contra Romanos rebellauit, ut Zenobiae accisas res iuuaret. Aurelianus Caesar eum uicit, uictus laqueo uitam finiuit. Fuere Firmo duo Elephantini dentes tam enormi magnitudine, ut Aurelianus pro miraculo eos Romam deportauerit eo consilio, ut si totidem ea magnitudine reperti essent, ex his Iouis sellam constitueret. Horum longitudo traditur denum fuisse pedum: Aurelius Festus scribit Firmum crocodilo adipe uncto impune inter crocodilos natasse, Hippopotamos equitasse, Struthionibus uectum, ut quasi uolare uideretur. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 448.

Ex Sab. ab orbe condito.

FRANCI populi Galliae sunt, qui ex Franconia Germaniae provincia illud profecti sunt, et se Francos ab ea dixere. Sab. lib. 9. Enn. VII. fol. 762.

G H I L M N O P R S T V

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana.

Germani à sermone patrio fuere appellati, qui est hic Garman, quasi omnino viriles. quod Alciatus et his verbis declarat cap. 21. l. X. Parergon. Mihi (inquit) placet Beati Rhenani opinio, qui patrio sermone vocatos contendit, quasi omnino viriles Garman ὀχοκάνδρος. et verisimile est. quod posterius fuit Gar, prius dictum esse Ger. mutantur enim quotidie vocabula. Lazius cap. 1 l. primi fol. 21.

Goricia Comites fuerunt ex Ducibus Bojariis ac quoque Ortemburgenses, et Palatini. Lazius cap. XI. l. 2.

Goricia, et Carinthia } tractus communis est utrique. Lazius cap. XIII. l. 2.

Gauia, et Gauianus } Romani fuerunt, ut in hac rhapsodia legitur. quæ in templo D. Andreæ Veronæ est.

GAVIA VALERIA VAL. GAVIAN. F. ET
SIBI IVH. IVH. REG. SACR. P. VITVLIVS
PHILOLOGVS VIVIR AVG. INFERIO.

Lazius cap. XI. l. 3.

GRADIVS augur fuit Romanus. Livius l. primo decad. V. Augures, inquit, suffecti sunt in locum Gradij T. Veturius Gracchus Sempronianus. in P. Aelij Q. Aelius Petus Xvir sacrorum. C. Sempronius Longus curio Maximus. Lazius cap. XI. l. 3.

GRADISCA dicitur à Sclauis oppidum illud quod prisci Vlpiam Traianam vocabant in Dacia ueteri situm. hodie alij Barbari Varhel illud appellant. Lazius cap. XIII. l. vero idem cap. III. l. 6. In Transylvania (inquit) visitur Gradiscca. hoc est Vlpia Traiana fol. 752. Idem cap. p. ... l. XII. cui Istrigius fluvius, quo Dion Sargetiam vocat, praeterlabitur.

GRACCHIANVS vir fuit Romanus à C. Gracchi amicitia sic denominatus. Lazius cap. 4. l. VI lege infra diffusius in litera T. ubi hæc dictio est Tressuli. ↯

Ex com. Lazij de rep. Romana.

GLOBVS, dicitur aliter Drunus. Veget. l. 3 de re militari cap. 16. Scire (inquit) debet dux contra quos Drunos, hoc est, hostium globos, quos equites oporteat ponere. Idem cap. 19. eiusdem. Lazius cap. 2. l. VI.

GORITIAE comites. Istria Marchiones, ac Merania Duces ex Damasia Vindeliciae oppido, quam vulgo Diessen uocant, originem habuere. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII. 2

GRADISCA oppidum in Dacia uetus est, quod barbari a uetustate Varhel quoque appellant. Istrigius fluuiolus ea praeterlabitur, qui postea in Marisum defluit. Ulpiam Traianam coloniam ueteres oppidum hoc dixere. Strabo Zarmizegetusam uocat olim regiam principis Dacorum. Istrigium uero fluuium appellat Sargetiam. Sed placet locum Dionis inserere. Is iuga deinde, inquit, metuum contendit, et iuga. ex iugo capitur ad Dacorum regiam et iugum hostes ex altera parte Lusius praefectus euasit. hostes qui continua fuga dedere adortus est, qui cum capta regia, uicina omnis at Decebalus, cum capta regia, uicina omnis regio in potestatem populi Romani uenisset, usque ad captiuitatem periclitatur mortem sibi consciuit. cuius caput deinde Romam fuit delatum. ita Dacia unius, et ditionis Romanae facta est. quam mox Traianus in prouinciam redegit, urbes condidit, et colonos deduxit. regios uero thesauros, quos Decebalus subter uada Sargetiae amnis haud procul a regia occultauerat, inuenit. fluuium enim rex captiuorum duntaxat manibus et fortes opera deflexo cursu auerterat, atque subinde uadis in specum magnam uim auri, et argenti occulit. pretiosissima

Ex Wolfgangi Lazij de Rep. Romana

preciosissima quoque et res leviores, quae recondi
et servari poterat, eodem congessit, quibus
confectis, ne quisquam, qui gessisset, proloqui
posset, omnes, qui sibi erant consilij, occidi
iussit, at Bivilus captivus, cui res cognita
erat, abditos thesauros indicavit. Lazius
cap. 9. sect. 2. l. XII.

GLAMILLIVS vir fuit Romanus, sicuti patet
ex inscriptione hac, quam Lazius cap. 8. sect. 3
l. XII. ait repertam ad D. Jo. loco Stubar-
burgio vicino in pariete templi.

C. SENILIS V. F. S. ET. B. VALENTINAE.
ET. C. PRISCINO. ET AVIT. IVSTINAE
F. N. ET. GLAMILLIO VALENTINO
V. ALETE. ET EN. EPF.

GORICIAE comes Hermanus uxorem
habuit unam ex tribus filiabus Hermanni
primi Casarij, habuit enim Hermannus duas
uxores, Adelsprugensem viddam Istrica, et
filiam Ducis Bavariae. Barbora Sigismundo
Imperatori tradita nupsit est. Margarita
Comiti Pfaunbergensi in Styria. tertia Henri-
co Goriciae comiti. Lazius cap. VI. sect. 4.
l. XII.

GRADISCA hodie vocatur oppidum
GRATIANA, quod in Pannonia Savensi
positum est. Lazius cap. 2. sect. V. l. XII.
qui ait positam esse infra Sagratiam duorum
itinere dierum aestivalium, ac ibi esse Traiectum
Turcarum ad ripam Savi.

GORICIAE. comites advocati ecclesiae Aquile-
iensis fuere constituti a Poppone Patriarcha.
Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII.

Ex Lazio de resp. Romana.

GRADISCA oppidum Foroiulij est, ac fluuio Hatisonio alluitur. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII. Etsi aut isthic (de Aquileia loquitur) iam rom. Austrij potiantur, sedem tamen suae praetorum in Gradisca loco proximo ad ripam eiusdem fluuij Hatisonis habent, à Venetis quodam aduersus Turcarum incursiones tanquam munimentum ualidum, constructo. Idem supra eodem capite Paulinus (ait) qui Justiniano imperante Albuini regis (Langobardorum) depopulatio fugiens ecclesiae thesauris sedem in Gradus insulam ostio Hatisonis obiectam traduxit.

GRADVS insula sedes fuit Patriarcharum, et illuc Paulinus Imperante Justiniano Albuini regis Langobardorum depopulationem fugiens sedem ex Aquileia transtulit. ubi postea metropolitanam dioecesim Pelagius Pontifex, ac Heraclius Imperator confirmarunt subditis suffraganeis ex antiquo, concordiensi, Altinensi, Patauino, Vicentino, Veronensi, Tridentino, Sabionensi, Feltrensi, Taruisiensi, Aquitaniensi, Bellunensi, Julionsi, Justinopolitano, Polensi et Parentino. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII. qui enumerat et Patriarchas, ibi conmoran, quos lege infra in litera P. ubi hac clausula est, Patriarcha, qui Gradi sedere.

GLEMONAM Fela fluuius praeterlabitur, seu potius Velach. Lazius cap. primo sect. VI. l. XII. Glemonam, inquit, porro praeterfluit Velach fluuius, uel Fela, ut Itali uocant qui haud procul à Villaco ortus in Tilauentum defluit per uallem angustam, et subinde in anfractus montium, quos Clusas dicunt, ita coarctatam, ut difficilis aliquando transitus sit, qua ego iter

Belloiani

Ex Lazio de re Romana.

Belloiam ego existimo et rursus contingit praeterea hoc plerunque, ut pro B. latina litera Barbari V. literam substituerint, ueluti pro Fabiana Faviana. quorum priore, à Romanis Vienna Austriae nomenclatura. posteriori uero à succedentibus barbaris appellatam, in tertia huius libri sectione diximus. nõ est igitur mirum, si pro Beloia latina dictione barbari Vela uel addita aspiratione Velach pronunciarint atque, ut hodie addito uallis cognomine Canal de Fela Itali dicant.

Supra Glemonam in ade S. Spiritus monumentum hoc inscriptum esse Lazius ait cap. 3. sect. VI. l. XII.

TIMAGIO CAECINIANO TRIERARCHO, ET ALSIAE POSTHVMAE VXORI V. F.

GORICIA Foroiulij oppidum est, quod olim Horcia dicebatur. Lege diffusius in litera H. Horcia ubi hac clausula incipit. Horcia Foroiulij

GORICIA fuit à quibusdam Comitibus ex Boiaria huc profectis condita. Lazius cap. 2. sect. VII. l. XII. Constat, inquit, inter initia Romani Imperij ob latrocinia forte incolumes, quod de Japodibus refert Strabo) Horciam sedes aquatas fuisse in cuius ruderibus Comites quidam ex Boiaria huc longis itineribus profecti oppidulum cum arce construxere. qui late posthac usque in Carinthiam ditionem tenentes, Principumque Romani Imperij titulo decorati cognitos Horciani seu barbare Goricienses, ac Palatini

Ex Lazio de rep. Romana.

tini Carinthiae cognominati fuere, à quibus tanquam à capite, ac fonte Duces Meraniae, comitesque Tirolenses, qui ad Athesim in Bauaria, Franconiaque ditiones latas, et opulentas habuerunt, labentibus saeculis descendunt. Ipsi verò Comites Horiciani, antiquam agros in Foroiulio, et Istria dono Caesarum accepissent, in Bauaria, ad veterem Damasiam regiam tenebant, ubi et Andacense coenobium posuere. quorum primordia repetuntur à quodam Verlino Caroli magni cancellario, qui primus Andacensis, et Diessensis comes creatus tres filios post se reliquit, Autonem Episcopum Augustanum, Udalricum, ac Gifenem Comites Andacenses. horum posteri diviso stemmate alij in Foroiulium translati Horicium condidere, alij verò in Bauaria genitali solo mansuerunt.

GORICIAE primus Comes fuit Gotofridus, quem annales Ungariae Ducem Meraniae vocant, et auxilio Gregorij Patriarchae Aquileg. ac Bernardi Carinthiae Ducis, Ungarorum iensis, ... vicisse refudit, anno 906. dum Otho ad Labacum regno potiretur. Engelbertus filius primus, qui à Friderico primus Arnoldi Ducis Bauariae, in privilegijs Carinthiae ... testis citatur. Henricus ipsius Engelberti filius, à 1120. ~~Goriciensium~~ Foroiulianorum Comitum quo stirps palam dignoscitur. Henricus 2. ... descendere, ... à Bertoldo Patriarcha ... fratre filius, qui à Bertoldo Patriarcha multis gradijs, et agris comitatus Goriciae accepit, ac Ecclesiae Aquileiensis in Foroiulij auctor est, Advocatus efficitur. Mainardus ipsius Henrici filius ex filia Mainardi Ducis Carinthiae, atque Artesiae comitis. hunc Mainardum Comitem Fridericus 2. Caesar proscripto Friderico Austriae, ac Styriae Duce Ducatui Styriae praefecit. Albertus eius nepos, ac filius Mainardi ... comitis Tirolis, cui tertia comitum Goriciae origo ascribitur.

siquidē

Ex Lazio de rep. Romana.

Siquidem diviso inter se patrimonio Mainardus
et Albertus fratres, Mainardus senior victor
Maraniae ducatus possessionem accepit, et à castro
supra Maraniam metropolim posito Tirolis se
comitem dixit. cuius filii Henricus, Otho, et
Ludovicus Carinthiae quoque duces à Rudolffo
Hasburgensi Caesare extincta Artenii comitum
in Carnonis principali familia investiti fuere,
ac Henricus in regem Bohemiae postulatus
Pragae sepultus est relicta Margarita Multaschin
cognominate, quae Rudolffo Austrio nupta duos
amplos principatus Carinthiam, et Tirolim avitae
Austriae ditioni adiecit. Soror quoque illius, et
Mainardi senioris filia Elisabeta nomine
Alberti primi Austriae Principis ex stirpe
Hasburgensi coniunx fuit et mater filiorum
Austriae ducum Friderici, Rudolffi 2. Leopoldi,
Henrici, Othonis, et Alberti. et sic masculini
germinis Henricianorum
unius illius nobilis
comitum desiit, et in aliam domum Austriaco-
rum transgressa est. alterius vero masculi-
num Albertus comes Mainardi, de quo diximus, fra-
ter germanus sedatior in Foroiulio agros
Goriciae comitum à se stirpem dedit. et ex Ofnia
Hermanni Artenburgensis filia Alberti seni-
orem procreavit qui maiorem suorum ditionem
dum possedisse legitur, et ex Catherina
in Istria ... in ditione Goriciensi
uxore filios reliquit in eo loco tertia qui
Mainardum, ac Henricum. Vicarius etiam creatur
Trivisiensis ab Imperio. Henricus IIII. qui Joannem, ac
est successit Henricus filios reliquit Henricum ex filia
Henrici ... Austriae Joannem ... ac
Friderici Ducis Austriae suscepit. Joannes ipse patri
Henrico natus ... in Foroiulio successore Jo. Henrici
successit ... post cuius mortem catho-
Henricus ... uxor vendidit Mosburgum et
... Henrica, successit Ulricus qui
Grunbergum ... uxore, ab infamia compedibus
ab Ungaris vinciebatur

Ex Lazio de rep. Romana.

vinciebatur. cuius meminere Pij Pontificis Annales.
cum enim aliquando ad Fridericum Imperatorem
in Carinthia salutatum accessisset, hunc è fenestra
intuitus, Imperator, ago, inquit, gratias, Principem,
qui ad nos properat, contemplari; ac siquem
mundiorem, pulchrioremque uidit, affare mihi.
Ulricus Comitis filius nobilis suae prosapiae successo=
rem habuit, qui anno 1473 interfuit comitijs
à Friderico III. Caesare Augustae habitis. Sol
liac de Horcia, hoc est, ueteri Horcia, ac
eius comitibus, qui H litera in Goricia
barbaricae pronunciationis conuersa appellati
Goricienses fuere. Lazius cap. 2. sect. VI. l. XII
qui has uetustatis inscriptiones esse attestatur.

C. VIRGINIO SVAVISS. FILIOLO RARAE PVL=
CHRITVDINIS, ET LEPIDITATIS ADVLESCEN=
TVLO AB AQVILEIANIS MILIT. PRESSO,
DE PONTE LAPSO, COLLISO, ATQ. MISERABI=
LITER EXTINCTO C. VIRGINIVS LEGATVS
L. POSTHVMII DICTA. ET LOLLIA L. F.
DILECTISS. CONIVX INFELICISS. PAREN=
TES POSVERE PLVTONI, ET PROSERPINAE.

Alia

C. HOSTILIVS ET P. EGNATIVS VEITOR QVIN=
TADECIMAE LEG. TRIB. PRO S.P.Q.R. CVM
BARBARIS DIMICANTES PARITER OCCISI
HEIC PARITER IACENT, SINGVLARE POS=
TERIS ~~MONVMENTVM~~ EXEMPLVM
ET CARITATIS, ET FORTITVDINIS NO=
REIENSES XXI. DIES ATRATI LVXERVNT.

Alia

TIBVLLA C. SEMPRONII F. MANI L. NEPTIS INFERNO
PLVTONI TRICORPORI VXORI CHARAE PROSERPINAE,
TRICIPITIQ. CERBERO, MVNVS MECVM FERENS DAM=
NATAM DEDO ANIMAM. ANIMAQ. HOC ME CONDO
MONVMENTO. NE OBRVTIS DOMVS LAPSV FILIIS SEX.
QVOS L. SCIPIO PATRIIS CAMERTIBVS A SALO, ET

LYBIA

Ex Lazio de rep. Romana

LVBIA INCOLVMES RESTITVERAT IN DESOLATA ORBITATE SVPERSIAM MISERA VIX AN XXXX MENS I DI VI HORAS SCIT NEMO IN FRON P XX IN AGR P XXXIX.

GLANFVRTVM Carinthiae oppidum est, a traiectu Glanae fluuij nuncupatum. Germani enim furt traiectum dicunt. alij uocant Claudenfurtum alij Clangenfurtum, ac ibi fama est per triduum post contra fures suspensos inquiri. Lazius cap. III. sect. VI. l. XII.

GORICIAE comes curam gerit palatij ducis Carinthiae, et cum ipse dux creatur inter XII. minora uexilla praeeunt. Lazius cap. V. sect. VI. l. XII.

GLEINICVM Styriae Noricae prouinciae monasterium est, cuius meminit Ottocarus Styrae postremus princeps; ac in diplomate dato anno 1186. Dux XVI. cal. Septembris apud Anesum fund. ~~Lazius cap. III. sect. VII. l. XII.~~ quo Leopoldum Austriae ducem consanguineum sibi successorem instituit. Lazius cap. III. sect. VII. l. XII.

GORICIAE matrona comes nupta data est Vilelmo Comiti Scaumbergio. Item Ursula Menardi comitis Goriciae filia in matrimonium tunc Henricum quintum comitem Scaumbergi ex quo filios et filias suscepit. quarum una comiti Cilciensi, altera Dno Abensbergio Bauaro nupsit. cui iussu Ducis Austriae detrectanti poena mulctatitia pecuniaria et priuationis castrorum irrogata est. Lazius cap. IIII. sect. VII. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

GREIN Austriae oppidum est, ac similiter GRVENBVRGVM. Comitatui Machlandie utrunque pertinebat, priusquam Duciber Austriae Caesares acciperissent. Lazius cap. VI. sect. VIII. l. XII. & Grein prius Artaguna vocabatur, infra quam Ybbs oppidi, quod Ipsium hodie nominatur, vidora videntur Greuna etiam quod Grein dicitur, et non longe amnis Danubij cataracta sunt admodum periculosissima, ac fere Scyllam, et Charibdim alteram efficientes. Idem Lazius eodem cap. &

GORICIAE Comites originem habuere a comitibus Pleien oppidi Austriae, ex quibus Syrus, et Sigefridus Patriarchae Aquileiensis fuere, ac Syrus ipse comites a Pleien Advocatos ecclesiae Aquileiensis constituit, uti erant nobilissimi Comites Goriciae. Lazius cap. VII. sect. VII. l. XII.

Ex Sabellico ab orbe condito.

Gigantes fuisse attestantur hi autores, Plutarchus Chieronaeus, qui Gabinium sequutus, Antaei sepulchrum scribit à Sertorio in Mauritania dirutum, et ossa quae in eo conditorio reperta portentosae magnitudinis ipsius rei miraculum fuisse, ut iniecta religione quadam Imperatoris iussu sit rursus Heroi manibus instaurata. Plin. autor est quodam motu in Creta insula concusso cadaver so... et XL cubitorum repertum extitisse, quod Orionis alij alij Etionis fuisse crediderunt. Orestis ossa Tegeae in Arcadia (ut ait Herodotus) oraculo refosso portentosae fuerunt magnitudinis. Caput huius Cretae ad instar dolij sua tempestate Sabellicus repertum narrat ab operarijs truncos ad rem navalem molientibus, cuius dentes stupendae magnitudinis erant, quorum unus Venetijs in privata domo pro miracula visebatur. Sab. l. 9. fol. 2. Idem l. 3. eiusdem fol. 14. Idem l. V. Enn. 9 fol. 32. Initio cad... 70. cubitorum Sertorius vidit. Sab. l. 3. Enn. VI fol. 358

GEOMETRIAM, et Astrologiam Abraamus docuit Aegyptios. Latini vero, et Graeci scriptores Geometriam Aegyptijs ob annuam dimensionem Nili ascribunt, Astrologiam vero Zoroastri Bactrianorum regi. Sab. l. 9. fol. 3.

GRAECUS rex fuit Graeciae, ac ipsi provinciae nomen impertitus est. ut ab eo Graecia dicatur. ea tempestate ibi regnabat. cum Jacobus Isachi filius ~~Rachelam~~ Labano eius socero, qui Carras Mesopotamiae urbem incolebat, per alios septem annos inserviret, ut Rachelam duceret uxorem, cuius loco Lya prior ei fuerat supposita. Sab. l. X. Enn. 8 fol. VIII.

GORGONES in Lybia fuerunt, et ita Amazones regnavit. Sab. l. 9. Enn. 9 fol. 20.

Ex Sabellico ab orbe condito.

GABAON civitas est Palestinæ, quæ cum Josue cum reliquas Palestinæ reges expeditionem paranti fœdus percussere astu quodam, quo à Judæis comperto, inmunctu eis fuit, ut loco lixarum, et calonum Judæis postea inservirent. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 22. Gabaonitis David rex septem ex familia Saulis, ut secum sidarent quos illi necavit crudeliter, ac famos ita sedata est. Sab. l. 9. Enn. p. fol. 52.

GAZA oppidum Palestinæ fuit, quod Josue Israelitarum dux excidit. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 22. Eius Gaza urbis Sanson ... fores ac in iugo Hebron oppido imminens tulit. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 38.

GANIMEDES Trois regis Phrygiæ filius à Tantalo (ut ait Phanocles) ad stuprum raptus est: sub aquila signo, sive illud terrestre, sive navale fuerit. Sunt enim fabulosa, quod illum Juppiter rapuerit. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 25.

GERION in Hispania regnavit, et ideo tria corpora dicitur habuisse, quod duos alios fratres habuerit quibuscum tanta animorum concordia regnavit, ut tres uno corpore animati crederentur, aut una potius in tribus corporibus. Chrysaorus ab incolis vocatus est, Gerion verò à Græcis. Sab. l. V. Enn. p. fol. 31. Idem l. VI. Enn. fol. 32.

GEDEON Joasi fuit filius, ac exercitus Hebræorum ~~...~~ fortissimus dux, qui ex interpretatione somnii panis Hordeacei Amalechitas, et Arabas circa Jordanem superavit. Josephus, ac libri Biblici ac CXX hominum millia nocte una tradiderunt interfecta, et Zebinum, et Zarmunam reges captos. Abimalechus filius ei successit, qui septuaginta fratres obtruncavit, Joatha uno excepto, qui celeri fuga servatus est. ac ~~...~~ eiu, via suffragio populi fratrum locum occupavit. Sab. l. VI. Enn. 8. fol. 37. Somnium, de quo supra lege in lib. S. ubi clausula hæc incipit. somnium ... in castris.

Ex Sabellico ab urbe condita.

GADIS fuit propheta, qui iussit Davidem Saulem fugientem à Moabitis Iudeam repetere. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 48.

GETHA civitas fuit Palestinae, cui Achis rex dominabatur. is Davidi Saulis regem fugienti vicum Sicelechum ad habitandum cum suis largitus est, quem locum David, postquam regnum adeptus est, munifice celebravit. Sab. l. VIII Enn. 3. fol. 49.

GIGANTEA fuit vallis Palestinae urbi Hierosolymae proxima, ubi David rex Palestinos fudit, fugavitque ac mox usque ad GAZATHENAM urbem, quae in confinio est Palestinae posita. Sab. l. IX. Enn. 3. fol. 50.

GABALON, Phoenicum lingua significat displicere. hinc regio Galileae Tyro finitima, et XII. urbes complectens Gabalon dicta est, quod Hyram rex Tyriorum eam dono à Salomone oblatam repudiavit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 56

GADUM Palestinae oppidum est prope lacum Asphaltitem, ab urbe Hierosolyma stadiis trecentis distat, pratisque ibi palmarum opobalsamique (ut Josephus ait) praecantur. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 60.

GINDES Persiae fluvius est, in quo unus ex equis sacris Cyri regis absorptus est, unde Cyrus in centum octoginta alveos illud corrivavit, ut à mulieribus posset vadari. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 91.

Ex Sab: ab urbe condito.

CYCLOPS appellatus est Horatius Romanus ob lumen adeemptum, mox Coclam, postremo Coclitem nuncuparunt. Sab. l. VII. Enn. 2 fol: 104

GETAE populi Thraciae, mori se nunquam putant, sed ad Salmoxim Daemonem quendam post fatum migrare, iis cum ~~tonitrua~~ fiunt, aut ~~tonitrua~~ fulgura, sagittas in coelum mittere. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. CXI.

GLANIS, et Vulturnus amnes retro cursum flexere, cum ~~Arruns Porsenae regis filius~~ Tarquinius Superbus regno excidit. Sab. l. 9. Enn. 2 fol. 117.

GAVANES, Aeropus, ac Perdicas fuerunt fratres, ac ~~ex Argis profugi~~ Themeno Argivo oriundi. ex Argis profugi primo in Illyricum inde in Macedoniam transgressi mercenariam operam ~~eius terrae~~ regi locauere: alendis equis ~~unus~~, alter bobus, ~~tertius~~ pecoribus pascendis. accidit aut, ut, dum panis a Perdica coqueretur, duplex fieret. id cum semel, atque iterum esset animaduersum, rex prodigium auersatus domo fratres expulit, quibus emerita mercedem poscentibus radios solis per fumarium inferens se illis mercedis loco dare respondit ibi solem ense circumscriptum se Perdicas accipere dixit, haustuque patentis sinus uelut complexum se foras praedicans abiit: ab hoc Perdica regnum Macedoniae initium habuit. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 132

GORTYNIA urbs est Macedoniae, quae in fidem Sitalus regis Thraciae uenit. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 158

Ex Sab. ab orbe condito.

GRAECAS literas nouissime discerent Carthaginienses lege cauerunt, postquam Suniatum Carthaginiensem codicillos ad Dionysium Siciliae tyrannum datos deprehenderunt. Sab. l. 9 Enn. 3 fol. 182

GRAECIAE Ciuitates, dum singula ~~omnia~~ cupiunt imperare, omnino imperium amiserunt. Sab. l. 3 Enn. 4 fol. 205.

GRANICVS Ciliciae ~~Phrygiae~~ fluuius est, ubi exercitus Alexandri magni Persarum exercitui obuiauit. fluuius hic inter Esepum et Priapum Hellesponto infunditur. Sab. l. 4 Enn. 4 fol. 210. Macedones ibi exercitum Persarum uicerunt, ex quibus XX millia peditum, et duo millia Equitum caesa Plutarchus tradidit, cum ex Macedonibus quatuor, et triginta soli occidissent. Trogus DC millia Persarum eo praelio fusa esse ait. Sab. ibi.

GORDIVS Lydiae oppidum est paribus distans spacijs a Pontico, et Cilicio mari qua parte angustissima est Asiae inter duo maria intercapedo, et ueluti Isthmum quidam. in ea fuit Gordij Mydae patris iugum cum fatali nodo. uetus erat oraculum fore ut qui eum nodum soluisset Asiae potiretur imperio. Alexander nodum iugum longioris mora impatiens dissecuit ac dissoluit. Sab. l. 4 Enn. 4 fol. 210.

GRAMMES Pharnasiones Indiae populo rex fuit, quam regina interfecto rege ob praestantiam formae in regnum asciuit cum filius esset opificis, ut rex Porus Alexandro magno dixit. Sab. l. VI. Enn. 4 fol. 230.

Ex Sab. ab. urbe condita.

GIMEFTRAM urbs Samnij est, quam q. Fabius Maximus consul iiii cepit. Sab. l. vii Enn. 4. fol. 239.

GINATUS cognominabatur Antigonus Demetrij regis Macedoniæ filius, qui mira in patrem pietate fuit. Sab. l. viii. Enn. 4. fol. 245.

GLADIATORIUM munus Decius Junius Brutus Romæ primus eo anno edidit, quo Hiero Syracusanus rex, ac Romani pacem iniere, ac Sernia colonia deducta est, Sab. l. IX. Enn. 4. fol. 253.

GLERENUM Apuliæ urbs est, quam Livius Gerionem uocat, Annibal Imperator eam metu ab incolis relictam occupauit. Sab. l. p. Enn. V fol. 271.

GERION Apuliæ urbs à Polybio dicitur Geronium. Sab. l. 2. Enn. V. fol 272.

GYMNESIAE à Græcis Baleares insulæ uocantur. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 272. Idem l. 3. Enn. VI. fol. 339. 5

GLORIA sæpe spreta redit cumulatior, ut Fabius Max. L. Paulo Aemylio cum Annibale iam profecturo aiebat. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 272

GRUOVENTUM Lucaniæ oppidum est, iuxta quod T. Sempronius Longus consul Hannonem Carthaginensium ducem prælio superauit. Sab. l. 3. Enn. VI fol. 281.

Ex Sab. ab orbe condito.

GLANICVS Latij fluvius est, ac ipse Latij confinia. Liris hodie appellatur. ex Apennino illi est ortus, per Minturnas in mare Tyrrhenum elabitur. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 289.

GALLATIA, et Atella urbes fuerunt campaniae, quas Romani Capua urbe capta in ditionem redegere. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 290.

GLORIA sine invidia esse non potest. Fabius Maximus ob id Africam Scipioni decernendam esse negavit. sic Themistocles Athenis à Phocione oppugnatur. sic Lysander Lacedemonius ab Agide sic Annibal ab Hannone; sic à Catone C. Caesar. Sab. l. V. Enn. V. fol. 299.

GONNI fuit oppidum thessaliae positum in faucibus eius saltus, quem Tempe vocant. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 313.

GRAECIAM iuga montium à Leucade, et mari ad occidentem solem verso ad alterum mare quod ad ortum spectat, tendentia dirimunt sicut Apenninus Italiam. extremos montes ad occasum OETHAM vocant, quorum id, quod altissimum est, Callidromum appellant, Rhodontiam, et Thiciunta. Sab. l. 7. Enn. V. fol. 313.

GRAVISCAE colonia in agrum Hetruscum eo anno deducta est, quo M. Claudius Marcellus ex decreto Patrum in Istros bellum transtulit. ~~Sab. l. VII. Enn. V. fol. 321.~~ ceciditque primus Gallus ex Carnia. Sab. l. VII Enn. V. fol. 321.

Ex Sab. ab urbe condita.

GETAE olim nuncupati fuere, qui postea Daci. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322.

SEMP. GRACCHVS minimi in modum Corneliam uxorem Africani superioris filiam dilexit, ex eaque XII. filios suscepit, coeterum in pupillari aetate amisit duos maro. Tyb. Gracchus, et C. Gracchus, et Semprania quae minori Africano nupsit, cuius ipsorum fratrum natura, et actio fuit. Sab. l. 9 Enn. V fol. 335. lege diffusius in litera E. Enn. V. ubi haec clausula incipit. Uxor Sempronij Gracchi Cornelia,

GERMANIA describitur à Sabellico, eiusque mores l. 2. Enn. VI. folio 347.

GALLINAM, leporem, aut anserem in Britannia insula gustare nefas est, aluntur tamen voluptatis gratia. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 374

GLADIVS, et pugio. C. Caligulae Caesaris duo libelli fuerunt inscripti. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 414.

GALBA dicitur animal exile, quod in Esculis arboribus gignitur. galli eum, qui est visus hebetioris, Galbam vocant. Sab. l. 2 Enn. VII. fol. 419.

GABE à Judeis nominatur vallis, unde vicus Gabesaul minus quatuor millibus passuum à Hierosolyma urbe distat, ubi Titus Vespasianus Caesar ad obsidendam Hierosolymam castra fecit metatus. Gabesaul vallem Saulinam significat. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 423.

Ex Sab. ab orbe condito.

GESTA sua cuidã scripturo Albinus Caesar quam ea (dixit) potius scribas, quae Marius gessit, aut Annibal. ut illa imitemur, nã ro gestas illius scribere, à quo praemiũ expectet, aut poenã, lusus est. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 435.

GALIENVS Caesar stolidus adeò fuit, ut defectione Galliarũ ei nunciata dixerit, et sine sagis et trabeis tuta respublica poterit stare, alienatq; vero Aegypti audiens ait, quid sine lino Aegyptiaco esse nõ possumus? Asia quoque rebellione audita, et absque Afronitro, inquit, Romana esse potest. Sab. l. 7. Enn. 7. fol. 446.

GOTHI, Getas, et Daci Sabellico uidentur ijdem esse. ~~l. 9. Enn. VII. fol. 457.~~ autoritatem Prisci scriptoris sequitur, qui GETAS iuxta mare dixit habitare, con[tra] Gothos mediterraneos. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 457.

GOTHIAM ~~rex~~ Ataulphus rex Gothorũ voluit urbem Romã nominare, ac Romanos Gothos. sed Placidiae uxoris precibus destitit. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 461.

H
I
L
M
N
O
P
R
S
T
V

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana.

Historia duplicem habet scopum, aut enim res virorum illustrium complectitur, aut in explicandis veterum rituum sanctitatisque versatur. Lazius in praefat. reip. Romanae

HONORARIUS. qui. dicebatur potestas Praetori attributa in urbe, dum consul aberat, etiam in privilegiis, tum in iure dicundo. Lazius cap. VI. l. 9.

HASTA pura fuit parvum hastile sine ferro, quod militibus emeritis vel ob res egregie gestas donabatur. Lazius cap. XVI. l. 9.

HILARIA fuerunt apud Romanos sacra, quae VIII cal. Martij et VIII cal. Aprilis celebrabantur, quo scilicet tempore sol longiorem diem protendere incipiebat. in hac solemnitate mulieres Veneri sacrificabant. Flau. Vopiscus in Aureliano. Hilaribus, ait, quibus omnia festa et fieri debere scimus et dici, impletis solemnibus. Sueto. in Augusto ad hanc solemnitatem alludit. Exacta, inquit, iocandi licentia, diripiendique pomorum, et obsoniorum reliquorumque missilium, nullo denique hilaritatis genere abstinuit. Lazius cap. 2. l. XI.

HERTUM fuit turris supra ripam Danubij posita, quam Mundo ex Attila ducens originem Gepidas fugiens occupavit, ut Jornandes autor est. Lazius cap. VI. l. XII.

Ex Sabellico ab orbe condito.

Hebraei ab Abramo denominati sunt. Sabellico libro primo. Ab Habraamo Isachi patre gentis nomen sortita est utque Hebraei primo dicti. mox et Judaei a Juda Israelis filio Abraami pronepote. D. Augustinus ab Hebero, qui ex Noe atnepotibus unus fuit, Hebraeos primo, mox Hebraeos nominatos autor est.

HORTUS à Semiramide Assyriorum regina in Bastiganis Mediae campis Cabiridis egoir constructus est monte septendecim stadiorum haud procul inde resecto, in quo sua imaginem iussit incidi, ac circa eam centum aliarum, quae illi forent munera. Sab. l. p. Enn. p. fol. v.

HOMINEM animal nobile rationis, reliquae coelestia capax servitio adigere inhumanum ac impium est. ut Staurobates Indorum rex cum Semiramidem Assyriorum reginam pugnaturus dixit. Sab. l. p. Enn. p. fol. vi.

HEXAMETRUM carmen vetustissimum est. quo ac eo usus est Moses gratias Deo opt. max. agens post transitum maris, ac liberationem servitutis Aegyptiacae. Sab. l. 3. Enn. p. fol. xvi. alij Hexametrum à Phemonoe inventum aiunt, quae oraculo Delphico praefuit. an Phryxus, ac Helle noverca fugere. Sab. l. v. Enn. p. fol. 25.

HELLES, ac Phryxi aries an fuerit animal, et vellus aureum habuerit lege in lit. A. ubi hac clausula incipit. Aries, qui vellus aureum.

HERCULEM Ilienses inter deos non numerantur. quare aut lege infra in lit. I. ubi hac clausula incipit. Ilienses. Ilium phrygiae oppidum.

HORDEACUS panis res despectissima est. Sab. l. vi. Enn. p. fol. 37. quid ex hoc pane Gedeon hebraeus diiunxit. lege in litera. S. ubi haec dicta clausula incipit Somnium hoc quidam in castris.

Ex Sabellico ab urbe condita.

HELENA insula Aegaei est ante littus Boeotiae ab Helena coniuge Menelai, quae ex Sparta cum Paride accessit, ac primum ibi cum eo congressa est. postea vi tempestatis utrique in Aegyptum adactus, ubi Protheus rex Paridem cogit, uti thori alieni violatorem ipsam Helenam cum ditibus eius rebus relinquere, ac sic abire, ut Homerus, ac Herodotus prodidere. Cranaa prius haec insula vocabatur. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 29. 40.

HENETI ex Paphlagonia pulsi profecti comites fuere Antenoris ex Ilio in Italiam profecti. Antenor pulsis Euganeis

HYMNORUM, et Psalteriis David Iesse filius peritissimus, eisque malos daemonas Saulum regem exterrentes repellebat, demulcebatque. Sab. l. VIII. dec. 3 fol. 46.

HIERON arx, seu munitio ab Hebraeis nuncupatur. hinc Palestinae nobilissima urbs HIEROSOLYMA nuncupata est. postquam rex David arci eam coniunxit. prius enim SOLYMA dicebatur. et a Solymis Lyciae populis condita perhibetur. Strabo ait Mosen illius conditorem fuisse. Sab. l. IX. Enn. 3 fol 50.

HYMNOS trimetros, ac Pentametros rex David edidit, qui sabbatis, et sacris solennibus canerentur. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 53.

HELISEUS agricola fuit, et rusticus, ac Heliae prophetae subrogatus est. in eum arantem pallium HELIAS iniecit, et subito Heliseus propheta effectus est. Helias postea Heliseo vidente in coelum assumptus est. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 59

Ex Sabellico, ab urbe condito:

HERAE à Spartanis uxores dicebantur. unde illud adagium ortum est. ut Laconica mulier (Gorgonem fuisse fuit Leonidis uxorem) cuidam mulieri obijcienti ex ijs in mulieribus. duntaxat Laconicas viris imperare, dixerit merito id fieri, cum ipsae foeminarum solae viros pariant. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 63.

HYBLA urbs Siciliae, postea dicta est Megara, et à Doriensibus habitata. Sab. l. 3. Enn. 2. f. 75.

HETRURIAE, ac Romanorum confinio fuit Janiculum. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 81.

HORTANA fuit oppidum Hetruriae, quod M. Horatius consul cepit. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 141

HISTON dicitur mons, qui Corcyrae imminet. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 161.

HISTER lingua Hetruscorum ludio appellatur unde Histriones dicti. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 198

HELYCON Cyzicenus aequalis Platoni fuit, ac deliquium solis praedixit quare à Dionysio Syracusanorum tyranno argenti talento est donatus. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 200.

HOMERI Iliadem Alexander magnus rei militaris viaticum appellabat. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 209

Ex Sab. ab urbe condita.

HERCVLIS simulachrum ab Indis in praelium euntibus praeferebatur. totum erat flagitium illud in acie deseruisse: capitale erat iis, qui in acie amisissent. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 225.

HELICON Siciliae fluvius est, ad ostium cuius Mylae fuit urbs. ibi C. Duellius primus Romanorum Carthaginensium classem dissipavit, et navalem triumphum egit. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 254.

HAEDVS cognominabatur Asdrubal Carthaginensis, qui devicto Annibale pacem a Scipione petijt. Sab. l. V. Enn. V. fol. 303.

HISPANI armis adeo delectantur, ut Portio Catone consule arma eis adimente multi cum sibi mortem consciverint, nullam sine armis vitam esse rati. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 309.

HISPALA mulier fuit Romana, quae una cum Ebutio prodidit Posthumio Albino consuli flagitia, quae in Bacchanalibus fiebant. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 319.

HAEREDITATEM neque mulierem instituere Q. Volumnius Saxa trib. plebis rogatione cavit. Portius Cato legem suasit. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322.

HOROSCOPA fuit urbs Africae, quam Carthaginensibus Masinissa rex ademit. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 328.

Ex Sab. ab urbe condito.

HASTA dicitur à Germanis framea. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 347.

HISTORIAM solum ingenui ante Syllae dictaturam scribebant. L. Octacilius Pilutus Rhetor primus libertinorum eam scripsit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. ~~355~~ 355.

HARVDES populi Germaniae fuerunt, ac in Galliam migrarunt eo tempore, quo Caesar ad Ariovisto rege fuit ~~pugna~~ devictis Helvetijs pugnaturus: et ipsi Harudes cum ipso Ariovisto militarunt. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 349.

HERCYNIA Sylva ~~fuit quamis, ac Ebrensis media~~ citur in Germania itinere novem dierum, aliqui ex finibus Helvetiorum, et Rauriacorum, rectaque Danubij regione ad Dacos usque extenditur. Inde sinistrorsus porrigens se diversis à Rheno regionibus multarum gentium fines sua magnitudine attingit. eam Heratosthenes, et alij Graecorum, qui eius rei mentionem fecere, ~~[illegible]~~ Orcyniam dixerunt. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 377.

HIEROSOLYMAM urbem ab ortu spectat mons Elaeon. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 423. Hierosolymam Jebus Cananeorum rex condidit, ac erecto ibi templo Hierosolymam vocavit, cum prius Solyma diceretur. Ammonis unde ejectis Jebuseis rex Judaeorum suis habitandam dandam dedit. plerique dicunt eam olim Luzam dictam fuisse ab amygdali arbore; quae ibi frequens nasceretur. mox Bethel, quae vox id valet, quod domus Dei. Melchisedech rex primus locum munivit, ac in speciem urbis constructam Salem vocavit. coetum quum Hierbusi

pastor

postea id aspidam commisissent, accidit, ut sit uocali HIEBVS, atque inde factum, ut ... , alterius litera mutatione duae uoces in unam coaluerint, ac HIERVSALEM ciuitas nuncupata sit. D. Hieronymus Sa... urbem iuxta Scythopolim procul inde fuisse arbitratur, nec putat ex Graeca, et Barbara uoce id nomen conflatum. sunt qui Solymam quasi Salomoniam interpre: tentur à Salomone Dauidis filio, qui eam ampliauit. multas post aetates Aelia nuncu= pata est ab Aelio Adriano Caesare qui eam instaurauit. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 429.

HERMAGORAS Aquileiae fuit anti: stes, et D. Marci Euangelistae discipulus. deditus martyrio fuit sub Domitiano Caesare aliqui uolunt sub Nerone, una cum Fortunato Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 427

HOMINE nullum animal contumacius est nullum maiore arte tractandum. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 431.

HIPPOLYTVS Decij Caesaris fuit procurator, qui cum D. Laurentium uia Tyburtina funerasset, ac Christi nomen confiteretur martyrio consumptus est. familia prius in eius conspectu crudelissime truncata. ipse bigis est distractus per loca uepribus et dumis horrida. quemadmodum Hippolytus Thesei filius. Sab. l. VII. Enn. 7 fol. 496.

Ex Sab. ab urbe condita.

HELENA urbs nõ procul Hispania est. ubi Constans Caesar Magnentij fraude obtruncatus est. Sab. l. VIII. Enn. VII. fol. 455.

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana.

Istria inter Forum Julium, et Dalmatiam extenditur. Lazius [illegible] in praefatione.

Illyricum bifariam dividebatur, in orientale, ac occidentale. orientale duo habebat Prætoria, unum in Constantinopoli, alterum in Thessalonica. [illegible] Prætorium complectebatur Graeciam, Macedoniam, Pontum, et Thraciam. Sacerdotes, postquam populi sacrosancto Baptismatis lavacro initiati sunt, Patriarcha in Constantinopoli constituebatur, Primatus vero in Thessalonica. Lazius cap. 2 l. 2 fol. 149. Trebellius Pollio in Claudio Caesare id ostendit. Possinc, ait, cum quem [illegible] Claudius est tribunus [illegible] exercitus ducem accepit, unde [illegible] Senatus, [illegible] Dux factus est, et dux totius Illyrici habet in potestate Thraciam, Moesiam, Dalmatiam, Pannoniam, et Daciam exercitus.

Indictiones apud Cassiodorum dicuntur codicilli, quibus [illegible] erant literae sacrae. [illegible] ad Cyprianum comitem sacrarum largitionum Theodorici regis. Hunc igitur per Indictionem tertiam sic ait. [illegible] sacrarum largitionum [illegible] dignitatem. Indictiones pro edictis sumuntur. Cassiodorus [illegible] Variarum [illegible] Theodorici ad Decoratum. Thomas (inquit) vir clar. inter Apuliam et Calabriam provinciae de Siliquatici titulo Indictionibusque [illegible] undecima, primo, secunda, et nunc octava, nona, quintadecima.

Illustres (ut Isidorus cap. iiij. libri IX. Etymol. ait) primi ordinis, Spectabiles secundi, clarissimi vero tertij. Sidonius Apollinaris l. VIII. Placidus (inquit) Hic tuus vir ortu clarissimus, privilegio spectabilis, merito Illustris. Lazius cap. VII l. 2.

Illyricum Pannoniam complectebatur. Vopiscus in Probo. Gallis omnibus, Hispanis et Britannis hinc permisit, ut vites haberent [illegible] ipse Almam montem in Illyrico circa Sirmium [illegible] manu [illegible]

manu fossum lata inite consuerit. Lazius cap. XIII. l. 2. Ausonius Gallus.

Illyricae [illegible] [illegible] [illegible]
Danubius lata profert fonte [illegible].
Lazius cap. primo l. primo.

Iapidiae Nauportum municipium ascribitur, et ipse Nauportus ad Savum fluvium instar municipij erat. Corn. Tac. l. 1. hist. cap. Interea manipuli ante coeptam seditionem Nauportum missi ob itinera, et pontes, et alios usus, postquam turbatum in castris accepere; vexilla convellunt, direptisque proximis vicis, ipsoque Nauporto, quod municipij instar erat, retinentes centuriones irrisu, et contumelijs, postremo verberibus insectantur. Lazius cap. III. l. 4.

Imagines Imperatorum, et ducum exercitus inter signa recipiebantur, et qui eas portabant Imaginarij, seu imaginiferi vocabantur. Lazius com. cap. [illegible] l. VII.

IONICUS sinus est, qui a sacra Dalmatiae ad S. Vitum Flanonicusque Istria ducit. Lazius cap. 4. sect. V. l. XII.

IONIUM et Vdinum idem, Lazius cap. 2. sect. VI. l. XII. (legit infra in litera V. ubi hac clausula incipit Vdinum a Ptol. Idunum.)

IPSIUM Norici oppidum est, quod Vsspurlium appellabatur, non procul a Laureaco est. Lazius cap. V. sect. VII. l. XII.

Valentinianus

Ex Lazio de rep. Romana.

Timiavum Caesar in adversam fluuij ripa illud
transtulit. et ab Vsbio transpositis literis
Ipsium denominavit. Lazius cap. VI. sect. VII.
l. XII. Ptol. cap. 11. l. 2. tab. IIII. Europae
Vsbij meminit.

Ex Sabellico ab urbe condita.

IVSTITIA multo plus in armis ualet, quam Iniuria. ut Scythiae Vexori Aegyptiorum regi, qui extra fines patrios primus omnium arma circumtulit, rudentes. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 4

IAPETES et IDASPES / filij Semiramidis fuerunt ex Menone primo uiro suscepti Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 4

INDIAE descriptio, ac foecunditas. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 5. 6

IVPITER in Creta insula ortus est, ex Saturno patre, dum Hinus maior assyriorum rex imperaret, ac infans Cretensium unum ex Corybantibus custodem habuit. à quo Creta insula denominata est, uel ut alij uolunt, à Crete insulae indigena, et primo rege. inde Iupiter Saturnum patrem fugauit, qui profectus in Latium coeli filius creditus est. prisci enim cos, parentes quorum ignorabant, terrae filios dixere: ut felix exhibitum sensit. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. VII.

IOVES tres Cicero de natura deorum esse astipulatur. Duos Arcades, ac tertium Cretensem. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. VII.

ISRAEL patris illusor, et insidiator fuit ab Esao Iacobus frater uocatus est. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. VIII.

IOSEPHVS Israelis filius ab XI. fratribus suadente Iuda uno eorum Ismaelitis precio nummorum XXX. uenditus est. quae res minime quadrat

Ex Sabellico ab orbe condito.

quadrat cum eundis diis, et poci uni a Juda Judicis fecit. Sab. l. 2. Enn. p. fol. 9.

INDI ad Aethiopiam coloniam deduxere cum Atlas esset in humanis. ea profectionis, quae fuerit, nemo tradidit. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XI. Idem fol. xi. ubi ait Prestoianem regem habere, ac ipsos Aethiopes christianam uitam agere.

IVSTITIAM colunt Aethiopes mirum in modum. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XI. lege infra in lit. M. ubi haec dictio incipit. Morti apud Aethiopas.

INGENIA mala, et praua quo meliore sunt fortuna, eo inclementius exercent ingenia in eos, quos iniuria habent oppressos. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XIII.

IOBEL apud hebreos quinquagenarius dicitur, unde annus Iobelaeus nominatus est. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 18.

ISIS, et Ceres (ut Aegyptii aiunt,) eadem fuit. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21.

IVSTA mortuis conficit reddenda Pluto funebrosque apparatus, et sepulchra instituit, ac ideo rex inferorum habitus est. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21.

INFERNAS terras Graeci appellauere occidentem, superas uero orientem. unde aiunt in diuisione regni ~~orientem~~ coeli, id est, orientem obtigisse, Plutoni aut occidentem id est, inferna. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21.

I M G E H B S I V

Ex Sabellico ab orbe condito.

INIURIAE nullum magis animal obnoxium est, quam hominem Ignauiae, ac desidiae deditum. Sab. l. V. Enn. 1. fol. 25.

IMPETIGINES, et alba macula sanantur aquis Alphei, Elidis fluuij. Sab. l. V. Enn. 1. fol. 27.

ILIUM Phrygiae oppidum ab Hercule fuit expugnatum ob equos immortales a Laomedonte illi denegatos, quos erat pollicitus pro liberatione Hesiones filiae marinae beluae ad expiationem priuatum expositae. unde Ilienses inter Deos Herculem non uenerantur. Sab. l. V. Enn. 1. fol. 28.

IGNES Castores uocantur ij, qui supra naues noctu apparent. gemini sunt, uelut fulgentes effigies, prisci Castorem, ac Pollucem crediderunt. graues cum solitarij ueniunt, et nauigia mergentes. gemini semper salutares, ac prosperi cursus nuncij. unicum, et solitariam Graeci Helenam dixere. Sab. l. V. Enn. 1. fol. 28.

IDEA Dardani regis Scytharum fuit filia, quae Phineo nupsit Cleopatrae Orithyiae, ac Boreae filiae adhuc uiuenti superinducta, cum filij Cleopatrae matris iussu uim nouercae intulissent, a patre supplicio atroci damnati sunt, ac excaecati, postea Phineus etiam a Borea in ultionem filiae, ac nepotum excaecatus est. Sab. l. V. Enn. 1. fol. 28.

IGNISPICIUM Amphiraus uos inuenit, qui ad bellum Thebanum profectus est. ab Eriphilaque coniuge Adrasti sorore, cum sciret se non ad id bellum proficiscereretur, proditus est. Sab. l. VII. Enn. 1. fol. 39.

Ex Sabellico ab urbe condita.

IVLVS Ascanij Alba longa in Albano Latij monte conditoris fuit filius, et Ascanius Sylvio posthumo regnum tradidisset, cum Julus esset pusillus. Sacrorum potestas quaedam Julo attributa est, quae Julia gente usque ad stirpis interitum functa est. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 45.

IONES et Attici sunt ijdem. Sab. l. VIII Enn. p. fol. 45. 5

IONATHAS filius Sauli regis Israelitarum castra hostium Philisteorum comite unico tantum assumpto per noctem, ac tanta clade affecit exercitum hostilem, ut uictoria inde Saulus potitus sit. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 46. hunc pater iussit mactari, quod edictum patris inscius transgressus ... melis comederit, priusquam hostes omnino uicti essent, transgressus fuisset. ibi

INGRATITVDO (ut Jonathas Saulo patri Judaeorum regi ait) extinguit non solum Justitiae fontem, sed etiam omnem uitae humanae societatem. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 47.

IVDICIVM in decernendo sanum, et mentem rectam Salomon rex sibi à Deo concedi optauit. Sab. l. 9. Enn. p. fol. 55.

IREN uocabatur à Lacedaemonibus is, qui puerorum coetui instruendo praerat. Sab. l. 9. Enn. p. fol. 63.

IMPERIVM · PRINCEPS · ...

Ex Sabellico ab orbe condito.

IVS, et aequitas Ciuitatum uincula sunt. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 69.

INTERREGNVM dicitur spaciu͂ illud, quo Ciuitas sine summo magistratu est. ac INTERREX ille, qui reipublicae interim praesidet. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 75.

INVIDIA petit semper sublimia, ut ignis, estque, ut dicitur, caecum. quippe cu͂ alienos nititur successus corrumpere, in sua͂ saepe cladem praeceps ruit. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 77.

Inuidet ciuis ciui, ac hospes hospiti prospera fortuna utenti Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 129.

INIMICVS familiaris, et domesticus efficacior ad nocendu͂ est, quàm nulla pestis alia. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 79.

IANICVLVM Hetruriae, ac Romanoru͂ erat confinium ea tempestate, qua Egerius Lucumo, qui Tarquinius postea dictus est, Roma͂ è Tarquinijs cu͂ Tanaquili uxore migrauit. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 81. In XVII ab urbe fuit Ianiculu͂. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 125.

IOVEM dicunt Persae populi coelu͂ esse. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 91.

IGNEM Aegyptij deum arbitrantur, ideo humana corpora non cremant. Persae autem Ignem quanda͂ belluam animata͂ esse, regina͂ tur qu[illegible] quicquid indepta sit, id deuorat, mox saturata moritur. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 98

Ex Sab. ab orbe condito.

IUDEX Cambysis regis Persarum Sisamnes fuit. Hunc, quia pecunia corruptus parum integre iudicasset, Cambyses interemit, ac ex interempto detraxit corium, detractum in lora cecidit, quibus tribunal quo sedens ille officio aberrauerat, intendit, ac ibi Otanem filium sedere imperauit admonitum, ut memoria teneret quo in tribunali sederet, ac iura diceret. Sab. l. VIII. Enn. 2 fol. cx.

IGNIS primo repertus fuit in Delo insula, ideo Pyrpile nominata est. Sab. l. p. Enn. 3. fol. 72

INVIDIA caeca est, nec aliud nouit quam felicitatem insectari. Sab. l. p. Enn. 3. fol. 126.

INOPIA et impossibilitas Dij magni Andriorum fuere, unde non potuerunt pecunias ab Atheniensibus petitas dare, ad petendum quas ipsi Athenienses secum duobus magnis Dijs, vi, ac Necessitate impulsi. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 132

IMPIUS cognominatus est Diagoras Physicus quod Deorum prouidentiam tolleret, ac esse inficiaretur. Is cum in Samothraciam venisset, ibique impietatis a quodam appellatur, quod Deos esse negaret, tolleret quoque non minus inscite, quam impie prouidentiam, cum tot uno loco votiuae tabellae testarentur hominum, etiam extremis rebus a Dijs exaudita, renidens ille ait: Sic est, inquit, sed qui nobis [illegible] in nauigatione naufragium fecerunt, in albo non referuntur. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 137

Ex Sabell. ab orbe condito

IONIVS Dyrachii fuit filius, et dum ab Hercule per errorem fuisset interfectus, et in mare proiectus mari cognomen dedit. Sab. l. 5. Enn. 3 fol. 152. [illegible] diffusius superius, ubi haec dictio incipit Epidamnus.

IGNAVIA contumelia perpetua comes est. Sab. l. 5. Enn. 3. fol. 156.

IVRAMENTO se homines fallere, uti pueros astragalis Lysander Lacedemonius aiebat; Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 181.

ITALIAM tenuere olim Oenotrij, Aborigines, Achei, Arcades, Egy[illegible] et calcidenses, animos populi Graeciae usque Adria et Padus. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 182.

IVSTVM, honestum, aut turpe nihil esse natura Aristippus Cyrenaicus philosophus dicebat, sed lege, ac consuetudine. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 192.

IMMORTALES uocati sunt a Persis quidam ciui[illegible] X. millia cultu barbarico admodum conspicui Darium regem in Alexandrum magnum copias ducentem secuti sunt. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 211.

IESVS, et Ioannes Heliasibi hebrei fuerunt filij, ac de Pontificatu uicissim contenderunt, ac Iesum frater Ioannes obtruncauit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 214.

IOVIS Ammonis ad instar umbilici ab Ammonijs figurabatur. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 215. [illegible] diffusius in littera A. ubi haec clausula incipit Ammon Iupiter.

Ex Sab. ab orbe condito.

IVSIVRANDVM apud Graecos cautio est non autem religio, apud Scythas religio in ipsa fide consistit. Sab. l. V Enn. 4. fol. 224.

IVS, et fas Ioui non assidere ideò Anaxarchus Alexandro magno dixit, ut intelligatur regibus, quicquid libuerit licere. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 225.

INVIDI homines nihil aliud sunt, quam sua ipsorum tormenta, ut Alexander magnus Meleagro cuius duci ait indolenti, quod Taxili regi Indorum mille talenta fuerit largitus. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 228.

IVSIVRANDI formula uetustissima in foedere sanciendo haec fuit, Si recte (inquit Fecialis) et sine dolo malo hoc foedus, et hoc iusiurandum hoc facio, Dij mihi cuncta felicia praestent. si aliter aut ago, aut cogito caeteris omnibus saluis in proprijs patrijs, in proprijs legibus, in proprijs laribus, in proprijs templis, in proprijs sepulchris solus ego peream, ut hic lapis è manibus meis decidet. nec loquutus plura lapidem manibus deiecit. Polybius hanc iusiurandi formulam fuisse ait, quam Liuius, et Dionysius praetermisere. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 236.

I

M

P

E

R

S

I

V

Ex Sab. Lib. urbe condita.

IANUARIUS mensis ex Stratoclis decreto Nouember, ac Iunius appellatus est, ut Demetrius rex minora, et maiora mysteria inspiceret. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 243.

IUSTITIA omnium lex à Pindaro appellatur. et nihil est tam proprium regi, quam Iustitia. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 245.

IUDICIA hominum aliquando ita sunt prava, ut indoctus doctissimo praeferatur. id evenit Menandro comico, cui Philemon saepius ob prava iudicia saepius in poetico certamine fuit praelatus et ob eam rem à Menandro ex occursu aliquando familiariter rogatus est, an rubore afficeretur, cum se vinceret. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 251.

ILLYRIUS Polyphemi, et Galateae filius ~~tres filios habuit~~ fuit, necnon Celtus, et Galus. unde Illyrij, Celtae, et Galatae populi nomen habuere. ex Illyrio Autarius ortus, Achillo, Dardanus, Maedus, Taulantius, et Perrebus. unde Achillae, Autarij, Dardani, Maedi, Taulantij, et Perrebi, gentes Illyricae. filias Polyphemus ex Galathea tres suscepit Partham, Daortam, et Dasoram, à quibus populi Parthini, Darsij, et Dasaretij. Autarius Poeonem habuit, et Scordiscum filios unde Scordisci, et Poeones populi. ex Poeone Triballus Triballorum autor. qui ad Istrum sedes habuere. Illyrios arbitrati sunt eos Graeci, qui supra Macedoniam, et Thraciam à Chaonibus, et Thesprotis ad Istrum usque fluvium sedes habuere. cuius terrae longitudo habet quindecim dierum iter. Romani scriptores longitudinem ipsam sex millium stadiorum prodiderunt, mille, ac ducentorum latitudinem. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 260–3

Ex Sab. ab urbe condit.

ISTRIS populis Minutius Rufus, et P. consules bellum intulere, dum bello Gallico finis esset impositus. Causa belli fuit, quia Romanorum naves frumento onustas Istri interceperant. victi fuerunt quidem Istri sed victoria Romanis haud incruenta. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 262.

IVS saepe a veritate laborat, nunquam tamen extinguitur, ut Fabius Maximus L. Aemylio Paulo consuli cum Annibalem profecturo aiebat. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 273.

IVSTITIA, et aequitas etiam in medio societatis malorum servanda est, aliter societas ipsa effringitur. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 276.

ISTRICVM forum Romae fuit, quod Q. Fab. Max. et M. Claudio Marcello coss. tanta subita eruptione aquae impletum est, ut dolia suo impetu ferret obiacentia provolveret. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 283.

IESVS Sirachi hebraei filius temporibus Ptolomaei Philopatris Aegypti regis fuit et librum Panareton scripsit. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 304.

INDVS Macedoniae oppidum est, quod T. Apustio legato P. Sulpitij Galbae consulis, deditum est. Sab. l. VI. Enn. V fol. 305.

INDVS fluvius est ~~Phrygiae~~ a maxi... Cybaritanum Asiae populum ortus, qui nomen ab Indo ex Elephante in eum lapso habuit. Tunc TABVSION castellum imminet. Sab. l. VII. Enn. fol. 316.

Ex Sab. ab orbe condita.

ISTRI creduntur à colchis oriundi, et ab Aeeta missi, qui Argonautas, et ipsius filiae raptorem Iasonem sequerentur. hi famam hostium secuti ex Ponto Istrum primo ingressi sunt, ex Istro in Sabum obseruatis inde figionum uestigijs ... mox hoste non reperto in Adriam transiere haud procul Aquileia consederunt, seque à fluuio Istro quem omnium maximo nauigarant Istros dixerunt. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322.

Istri i Tectosagis Galliae populis ... spoliati, quo ... Tectosagi in Pannonia consederunt. ...

IESVS Oniae summi Iudaeorum Pontificis frater fuit, et Iason dici pro Iesu maluit. hunc Antiochus Syriae rex in locum Oniae defuncti substituit. inde fuit domesticarum seditionum passus Menelaus siquidem eius frater cum filijs Tobiae, qui Iasonem infensi oderant, secessione ad Antiochum facta patriae se leges abnegare testati sunt, Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 324.

---

aurum è templo Delphico illuc attulissent, et ob id graui pestilentia laborarent. oraculo itaque moniti omne argentum, et aurum sacrilegio quaesitum in Tolosanum lacum merserunt. Id non paruo annorum interuallo Q. Cepio consul, cum in Gallia bellaret, sustulit. centum, et X. millia pondo auri fuisse dicuntur. argenti quinquagies centum millia. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322.

IVNONIA fuit à C. Graccho tribuno plebis mancupata colonia, quam deduxit Carthaginem. Sab. l. 5. Enn. VI. fol. 339.

IGNOSCERE mali est idem, quod bonos perdere. Sab. l. 5. Enn. VI. fol. 342.

Ex Sab. aberbo condita.

IACCA oppidum fuit Africae, quod Metellus consul cum Iugurtha regem Numidiae dimicans cepit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 342.

IANNEVS cognominatus fuit Alexander Iudaeorum rex, qui Aristobulo fratri successit. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 348. Idem adiecit ligneum parietem templo ut profanum vulgus a sacerdotibus distingueretur. Sab. ibi fol. 349.

C. IVDACILIVS ex Italiae ducibus fuit unus, qui cum Romanis sociali bello dimicarunt. Is, dum Pompeius Strabo magni Pompeii pater Asculum obsideret, cum octo cohortibus eo insinuavit se occulte, suggestiaque Latinis, ut eruptione ab oppido facta ipse hostes a tergo invaderet. fecissetque se Iudacilius voti compotem, si oppidani mandata exequuti essent. Caeterum illis suis metu, suo quia fides labare coepisset, certantibus, per medios hostes in urbem evasit. exprobrataque suis popularibus aut perfidia aut imbecillitate, interfectisque iis, quorum aliqua culpa nulla fuerat, secuta ipse pyra in templo instructa, ibidemque laute epulatus, unum poculum infundi iussit. quo hausto in pyram conscendit, ignemque subiici iussit. et sic pro patria occubuit. Sab. l. 2. Enn: VI. fol. 350.

IGNOBILEM aiebat Sertorius se Romae haberi mallet quam procul a conspectu Patriae ... ignotum imperium tenere: Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 358

Ex Sab. ab urbe condito.

IRACUNDIA quae in privatis dicitur, in summo imperio superbia, et crudelitas. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 366.

IUDAEORUM quinque curiae fuerunt a Gabinio Proconsule attributae: Hierosolymitana, Gadarite, Amathuntia, Sefforia, et Hiericuntia. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 380.

ITALIAE olim fuit terminus amnis Rubicon ut olim Aesis in Piceno, ut postea Phormio

IAPIDIAE amnis, ut novissime Arsia. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 381.

IAPIDIAE Phormio amnis est. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 381. Erat tunc (ait) Rubicon flumen Italiae terminus, ut olim Aesis in Piceno, ut postea Phormio Iapidiae amnis, ut novissime Arsia. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 381.

INDIGNATIONIS templum erexit Caesar in Aegypto, ubi Pompeius ab Achilla, et Septimio fuit obtruncatus. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 385.

IAPIDIAE Pannonia est propinqua. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 403. fuerunt (inquit) Paeones a Graecis dicti, quos postea Romani Pannonios dixere, eorumque terra duplex, una Iapidiae propinqua, altera ad Istrum exposita quae Pannonia inferior nominatur. Paeones inter Illyrios et ipsi censebantur gens cum ab initio ferox tum hodie maxime bellicosa. Idem Sab. ibidem. Iapides (ait) natio fortissima [illegible] ... armorum spacio ... quiescentes, atque iterum Romanis armorum ... depulsis praedabundi processerant Tergeste Romanorum

Ex Sab. ab urbe condita.

nonnu[illegible] colonia direpta: hos Octavi[illegible]
aspera loca ingressus in sylvam compulit, quam
ibi praecisam valli loco Romanis obiecere.

ILLYRICUM totum [illegible] coegit Tyberius et [illegible] Tyberius Neronis filius: Illyricum aut multar[um] provinciar[um] [illegible] Sab. l. 9. Enn. VI fol. 400. [illegible] Sab. l. 9. (inquit) ob rerum difficultatem Tyberium sagum [illegible] Augusto [illegible]. Sed ille suum infamia [illegible] vitare voluit, quod provincia nondum pacata discederet, sive (ut ipse videri voluit) [illegible] à terra [illegible] quam toti Illyricum quod intra Italiam, utrumque Noricum, Thraciam, et Macedoniam panditur, [illegible] inter Danubium, et Adriam excurrit, Romano populo subegisset.

IUDAEA terrarum fere media est, unde ibi IESUS Christus D. noster voluit nasci, ut aptius id mysterium in omnes gentes propagaretur. Sab. l. primo Enn. VII. fol. 407.

IONIUM inter Calabriam, et Corcyram ab Hydrunte incipit [illegible] Adriaticum à Corcyra ad intimum tendit, sinum, in quo insulae sunt Venetiae. Sab. l. 8. Enn. VII fol. 408.

IAPIDES, et [illegible] à Natisone sunt ad ISTRI [illegible] Arsiam ~~fluvium~~ [illegible] Tergestum, et Formio amnis aliquando finis Italiae. Carni à Natisone à Tiliavento. ubi Aquileia. a Tiliavento ad Padum Venetia, [illegible] Venetiae. Sab. l. p. Enn. VII. fol. 408.

Ex Sab. ab urbe condito.

IAPIDES ab Aetolis esse mihi videntur, coeterum ab iis, qui cum Diomede in Italiam venere, an ab aliis, nondum compertum habeo. Satis constat Aetolum fuisse, qui id nomen genti dedit. magna ex parte alpini, et ob id multo ferociores.

INQVISITIO dicebatur carmen Lyricum a Tyberio Caesare scriptum. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 413. Scripsit poemata, inquit, et in his carmen Lyricum quod Inquisitionem appellavit.

IAPIX ventus est Apuliae vehementissimus, qui talis est, qualis Circius in Narbonensi Gallia, et in Ponto Caecias. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 415.

ITALVS rex fuit Germaniae. hunc cis petentibus Augustus Princeps dederat. mox ab eo desciuere Imperante Claudio Nerone Cheruscis defectionis autoribus. Italus Langobardorum opibus adiutus res Cheruscas perlata, et adversa infestabat. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 415.

IVLIAS oppidum est iuxta lacum Asphaltitum quod Placidus Vespasiani dux occupavit. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 422.

IMITABATVR. Vespasianus Caesar in scribendo chirographum cuiuscunque, unde ioco saepius dixit potuisse se falsarium fieri optimum. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 426.

IVSIVRANDVM saepe Imperator Severus fallebat, aliud quoniam loquebatur, aliud sentiebat. Sab. l. 5. Enn. VII. fol. 434.

INIVRIAM uindicare magis aequiu(m), ac necessarium est, quàm accipere. na(m) qui accipit iniuria(m), timidus etia(m) habetur, qui ea(m) uindicat, praterqua(m) quòd incolumis est fama(m) quoque uiri fortis indipiscitur. sicuti Caracalla Imper. occiso Geta fratre ad senatu(m) ait. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 436.

IVDICIVM Paridis Heliogabalus Caesar aemulatus est. illo enim statu, quo Venus ad Iudiciu(m) Paridis stetisse dicitur, nudu(m) corpus ijs spectandu(m) obtulit, quibus ad sedu(m) ministerium utebatur, manu una mammae applicita, altera uerendis partibus apposita. Sab. l. VI. Enn. VII fol. 439.

INIVRIAM (ut Alexander Mammaeae ait Caesar) propulsare maior est uirtus, quàm inferre. hoc temeraris est. illud strenui, et prudentis. enimuero, qui prior lacessit, ipse sibi iniurius uidetur. contra lacessitus melius sperat, fiduciamque ex iustitia mutuatur. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 440.

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana.

Limes agrorum est duplex Cardo, et Decumanus. Plin. l. 22 obseruato (inquit) solis ortu quocunque libeat die stantibus hora diei sexta sic ut ortum ab sinistro humero habeant contra mediam faciem meridies, a vertice Septentrio erit, qui ita limes per agrum currit Cardo appellatur. Item linea ab ortu aequinoctiali ad occasum aequinoctialem et limes qui ita secabit agrum Decumanus vocabitur. Cap. [illegible] l. primi fol. 21.

Limes provinciarum [illegible] appellatur, in quo Romani tenebant praesidia. Franci appellat [illegible] dicitur etiam [illegible] priuatum [illegible] Franc[illegible] Marcha dicebatur Germanice. Cap. 2. l. primi fol. [illegible]

Limes a Romanis pro confini ponebatur. Volfgangus. cap. V. l. primi fol. 54. Scythia (inquit) limitem attigisse Pontum, Thraciam, et Moesiam existimo, indeque fecum uti provinciae confines limitis omnis appellatione cognominarentur.

Latriculum a Iurisdic. codex appellabatur, in quo acta omnia, decreta, epistolaeque Principum scribebantur ad memoriam posteritatis. vocabatur sic, quod ibi laterent arcana. Lazius cap. 4. l. 2. fol. 179. latrunculum aut mauis, et minus ab eo dicatur.

Latrunculator ab Ulpiano in lege solemni, appellatur Ministralius minor, quod latrones comprehendat. Lazius cap. IIII. l. 2. commentariorum.

Lictores a Romanis Brutiani appellabantur ob id, quod Brutij omnium Italorum primi defecerunt ad Annibalem. propterea superatis Poenis Romani Brutios milites non scribebant. Sed magistratibus parere iubebant. ita ut reos verberarent. auth. Gellius cap. 3. l. 20. Lazius cap. IIII. l. 2.

Ex Lazio de rep. Romana.

Littores à Licio uectri uerbo dicti sunt. Consulem aut XII. praecedebant in fascibus, Proconsulem sex, Legatum quatuor. Praetorem, ac Praesidem prouinciae duo, sine fascibus.

Libera prouincia à Romanis uocabantur. Macedonia, et Illyricum. Lazius cap. V. C. 2.

Lictores decem ante legatum, ante ducem sex, ante Tribunum quatuor praecedebant. Lampridius in Alexandro. Apparitores (inquit) nullos esse passus est. Tribunis, aut Ducibus nisi milites anteire uoluit, iussitque, ut ante Tribunos quatuor milites ambularent, ante ducem sex, ante Legatum decem, hique ad domos eosdem exciperent. Lazius cap. VII. C. 2.

Leonas uir fuit Romanus, ut hoc elogio patet quod Auximi est in Italia, ut Lazius ait.

M. VIBIO SOLEMNI SEVERO COS. ADLECTO
A SACRATISS. IMP. ADRIANO INTER
TRIBVNITIOS PR. PEREGRIN. AVG.
LEG. PROVIN. BAETICAE LEG. LEGION.
XI. CL. P. F. LEG. AVG. PR. PR. PROVIN.
LVSITANIAE PATRONO COL. LEONAS
LIB. ACCENSVS PATRONI. ET IN
DEDIC. STATVAE COLONIS COENAM
D. EDIT.

Item Mediolani.

AESCVLAPIO, ET HYGIAE SACRVM.
C. OPPIVS C. F. LEONAS VIVIR ET AVG.
HONORATVS IN TRIB. C. L. PATRVM
ET LIBERVM CLIENTIVM ET AD
CENSVM PATRONI SANCTISS. COMMV-
CIPIBVS.

Ex Lazio de rep. Romana.

CIPIBVS SVIS D.D. QVORVM DEDICA-
TIONE SINGVLIS DECVRIONIB. II. AV-
GVSTALIBVS ET COLONIS COENAM DEDIT.

LABERIA mulier fuit Romana, ut Lazius hac inscriptione attestatur cap. ult. l. 3.

M. AVRELIVS AVGG. N. N. LIB. EPAPHRO-
DITVS EXACTOR OPERVM DOM. N. N.
CORVM ET LABERIA FELICITAS
FECERVNT SIBI ET SVIS ITEMQ.
LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ.
EORVM HOC MONVMENTVM EXTERVM
NON SEQVITVR NISI DE NOMINE
VIRORVMQ. N. M. P. M. A. B.

Lupi nominantur harpagones ferrei. Veget. sub finem l. 4. habet (inquit) ferreos harpagones, quos lupos vocant, et falces ferreas confixas longissimis contis. Lazius cap. villa

LICINIVS vir Romanus fuit, lege infra in litera N. ubi haec dictio incipit, Notariorum schola.

Legiones, phalanges, et Catervae quot millia armatorum continebant. lege cap. 9. Lazij l. 10. et caput 2. Vegetij l. primi, ac supra in litera C. ubi haec dictio Caterva [illegible].

Legiones Romanorum diverso armatorum numero extabant, ordinaria siquidem, quas Vegetius quadratas, Livius expeditas vocat, peditum sex millia, equites aut 730 complectebatur. extraordinaria autem quae dicebantur et imperfectae minorem militum [illegible], aliae siquidem v. millia peditum, equites 600, aliquando.

quando 3300. ducentorque. alia quatuor millia peditum, equites vero 300. et plus, minusue. alia tria duntaxat millia peditum, et equites 300. alia aut mille, ac quingentos tum pedites cum equitibus 300. Lazius cap. 2. l. 2.

LATINI populi quadraginta septem fuere. Lazius cap. III. l. I.

LEMURIA quae sint, lege infra in R. litera, vbi haec dictio incipit. Remuria

LIBERTATEM nemo Romanus adimebat unquam. Cicero pro domo sua. Nemo, ait, ciuis Romanus aut ciuitatem, aut libertatem potest amittere, nisi ipse auctor sit factus. Lazius cap. 3. l. XII.

LIBERTAS triplex fuit apud Romanos ex triplici manumissionis genere, hoc est, vindicta, testamento, et censu. maiorem ex vindicta libertatem consequebantur, ut ciues Romani absque obstaculo fieri possent. per testamentum libertate donati, ius Latij consequebantur ex lege Iulia Norbana. per censum habebantur in numero dedititiorum ex lege Julij Sentia. Libertatem hanc triplicem Ausonius hoc carmine innuit, Libertas, capitisque minutio triplex. Lazius cap. V. l. XII.

LVGIONVM Pannoniae oppidum est inferioris est, ut Ptol. in geographia scribit. Legionem Antoninus hoc in itinerario appellat ut Lazius cap. VIII. l. XII. autor est. qui Legionem adiutricem primam in Pannonia inferiori collocauit, ut libro eius quinto commentariorum legere est.

Ex Lazio de rep. Romana.

LEONATA oppidum est Pannoniae superioris iuxta Muram, sive Savariam fluvius, quod Leontudum Ptol. appellat Germani vero dicunt Lutenbergam. ~~Ptol.~~ Lazius cap. 2. sect. 4. l. XII.

LABACVM Carniolae oppidum est. Hauportus prius appellabatur, quam denominationem illi Argonautae indiderunt a navi Argo, quae illuc eos adduxerat. a populis LATOBICIS ibi habitantibus postea LABACVM denominatum est. sicuti et Labacus fluvius, quem prius Hauportum dixere. Lazius cap. V. sect. V. l. XII. qui LVGEVM specum vocat ab Argonautis factum, ut per eum Argonautam traducerent in Istriam. Lugeum incolae hunc (inquit) specum vocant, cui desuper in scopulis castrum Lugeum imminet.

LVBIANA oppidum nō recte id vocant Itali, quod Labacum, seu Hauportus hodie dicitur. Lazius cap. VI. sect. V. l. XII

LIBERTAS Foroiuliensium ostenditur hac Epistola, quam Senatus Romanus scripsit Aquileiensibus, dum Tacitus Imperator ab ipso Senatu fuisset creatus.

Senatus amplissimus Aquileiensibus S. D.
Ut estis liberi, et semper fuistis, laetari vos credimus. creandi Principis ius ad senatum redijt. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII. Flav. Vopiscus in Flaviano Caesare huius epistolae meminit.

Ex Lazio de rep. Romana.

Larex oppidum est Carinthiae, non procul à Spitalio. Lazius cap. III. sect. VI. l. XII.

LIBVRNIA dicitur ea regio Carinthiae, ubi Soluensis quondam Civitas fuit, quae nunc Soluensis vocatur. omnis siquidem regio à Drauo Sauum et inde ad mare Liburnia dicebatur. Lazius cap. V. sect. VI. l. XII.

LATIACVM Vindeliciae, seu Norici ripensis fuit oppidum inter Ouilabim, et Juvaviam, hoc est, Salisburgum, et Lambacum situm. Lazius cap. V. sect. VII. l. XII.

LENTIAE oppidum Norici est, quod vulgus Lincium hodie vocat. Lazius cap. IIII. sect. VII. l. XII.

LAVREACVM civitas est Norici est à Laureatis literis M. Antonio Philosopho Caesari ob victoriam de Marcomannis adeptam nuncupata. hodie vulgo Ensium dicitur. nam Germani oppidum Laureacensium proferendo priores syllabas reiecerunt, ac Ensium pro tota dictione usurparunt. Lazius cap. V. sect. VII. l. XII. [qui fluvium praeterfluentem ac vectigal hodie sic dicunt Ensium quamquam], posita vero haec civitas est ad confluentes Anisi, et Danubij. [haec civitas jam regulorum Anisi, et Spilinbergi addicta fuerit] quod quidem Spilinbergum Danubio circundabatur.

LIGII Germaniae populi fuerunt, ut ait Cor. Ta. Luior cap. 11. l. 2. tab. 4. Europae vocat. Strabo Luctior appellat. Lazius cap. VI. sect. VII. l. XII

Ex Lazio de rep. Romana.

LUNA Germaniae sylva est supra Boiemos collocata, quam plerique volunt Herciniam esse. Lazius cap. VI. lib. VII. f. XII.

Ex Sabellico de orbe condito.

LVPI ~~evadunt~~ ex hominibus fiunt Neuri populi Scythiae, ac ex lupis homines. quod in Arcadia quoque in Antei familia gentile fuisse Euanthes apud Graecos prodidit, ut unus ex ea gente sortito ad stagnum quoddam perductus positis vestibus transnaret, confestimque silvestris ex homine fieret, ac nono post anno, si humanum interim sanguinem non gustasset, pristinam reciperet formam. astipulati huic opinioni sunt Fabius, et Copas, qui olympionica scripsit. Sab. l. 3. fol. 3.

LITERARVM nullus apud Indos usus, ideo (ut ait Megasthenes) res omnes ministrat memoria. Sabell. l. 3. Enn. 3. fol. V.

LIBIDINIS ~~tantae~~ fuit Semiramis Assyriorum regina, ut incesti Nini filius interpellaret, ac equum usque ad coitum adamavit. ~~Sab.~~ auctore Iuba. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 6.

LITERARVM duplici genere utebantur Aethiopes, altero sacerdotes, altero vulgus utebatur. litera autem ipsorum non syllabis constabant, sed figuris animalium. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. XI.

LITIGATOREM in iudicio qui percusserit, talionis reus erit, si donum relatus expiraverit; qui percussit, innoxius erit, tamen impensas, et incommoda propinquis rependet. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 20.

LACEDAEMON Iovis, et Taygetae filius Lacedemonem in Peloponnesso urbem condidit, et Dardano aequalis fuit. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 20.

Ex Sabellico ab orbe condito.

LITERAE à Phoenicibus in Graeciam delatae sunt, ac Ionibus donatae. Diod. in histor. literas mortalium primos Aethiopas inuenisse tradit, quas Aegyptij eorum coloni postea sortiti habuere, mox ab Agenore, ac Phoenicibus in Tyrum, ac Sidonium à Thebis Aegyptiacis delatae. hinc à Cadmo in Graeciam, postremo ex Graecia ab Euandro in Italiam. Sab. l. 4. Enn. 1. fl. 23.

LEMNI insulae mulieres ob suspicionem pellicatus nocte una duce Hypsiphile Thoantis regis filia, omnes mares obtruncarunt Thoante excepto: quem Hypsiphile filia seruatum procul ablegauit. Sab. l. V. Enn. p. fol. 28.

LACINIVS latro fuit, qui circa Crotonem Italiae urbem boues Herculis furto abegit, unde ab ipso Hercule interfectus est, ac nomen Lacinio nomen dedit. Sab. l. VI. Enn. p. fl. 33

LABYRINTHI quatuor fuere, unus apud Heracleopolim Aegypti urbem admodum uetustissimus. ~~alter in Creta~~ Petesuci, uel (ut alij malunt) Tithois opus regis Herodotus, et alij pluribus regibus id opus ascribunt, quorum Psammeticus fuit nouissimus. Demoteles tradidit Motherudis regiam fuisse. Lyciam Mendis sepulchrum. plures in honorem solis factum arbitrantur. ad exemplum huius Daedalus
LABYRINTHVM in Creta condidit ~~...~~ ac centesimam (ut Plinius ait) eius tantum partem imitatus. fuit et in Lemno.

Labyrinth[us]

Ex Sabellico ab orbe condito

LABYRINTHUS tertius, et quartus

LABYRINTHUS in Italia adificatus à Porsena rege circa Clusium in cuius apparatu explicando Plinius Varronem secutus longius immoratur. Sab. l. VI. Enn. p. fol. 39.

LATIUM à principio dixere, quod intra ripas Tyberis, et Circeios à mari ad montes includebatur. ad Lirim postea usque fluuium limites promoti. Latium aliqui autumant dictum, quod intra montes lateret. alij, quòd Saturnus in eo latuerit, uocatum arbitrantur. Sab. l. VII. Enn. p. fol. 42.

LATINI ab Aenea uocati sunt Aborigines, qui Latium prius incolebat, et Troiani omnes. Sab. l. VII. Enn. p. fol. 42.

LEGES Lycurgus ad Apollinem retulit. Draco, et Solon ad Mineruam. Minos Cretarum rex ad Iouem. Trismegistus in Aegypto ad Mercurium. Zoroaster in Bactris ad Oromasim. Carondas Carthagini ad Saturnum. Zamolchis in Scythia ad Vestam. Numa Pompilius Romae ad Egeriam. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 63

LAMPSACUM Hellesponti fuit oppidum, quod Plinius Adrastiam fuisse ab Homero nuncupatum tradit, Strabo aut regionem, non oppidum ita nominatam arbitratur, nomenque ab Adrasto, qui primus Nemesis templum condidit, adeptam. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 80.

Ex Sabellico alij ordine edito.

LIBITINAE aram Numa Pompilius erexit. hanc multi Proserpinam, plerique autem Venerem dicunt esse. Sab. l. 3 Enn. 2 fol. 16.

LIS et Aes alienum comites miseriae, sicuti Lacedaemonius Chilon ait. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 87.

LITERIS Graecis à principio usos Romanos fuisse argumento est basis aenea in templo Dianae Aventinae à Servio Tullio posita, et literis Graecis inscripta. Sab. l. V. Enn. 2 fol. 89.

LABYRINTHUS Babylonis rex à Cyro fuit superatus, sicuti ait Herodotus. Josephus autem Baltasarem pro Labyrintho appellat. Sab. l. V Enn. 2 fol. 91

LEPOREM animal fugacissimum equa peperit, dum Xerxes cum exercitu Hellespontum traijceret. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 127.

LABI melius esse pedibus, quam lingua Zeno Citticus aiebat. Sab. l. 4 Enn. 3. fol. 142.

LABOR et voluptas dissimillima sunt, naturali tamen vinculo connectuntur. Sab. l. nono Enn. 3. fol. 177.

L. LACERIUS tribunus militum Romae fuit, cum Sexto L. Verginius, et M. Sergius, qui Chilon à Veijs acceperat, damnati fuerunt. Sab. l. 9. Enn fol 178

M
P
C
D
I
R
S
V

Ex Sab: ab orbe condito.

LATROCINII, alterius aut noxa hominem, convictorum supplicia Diis gratissima esse Galli populi arbitrabantur. Sab. l. 3 Enn. 4 fol. 185.

LINGVAM exerunt Galli, cum aliquem despiciunt sic T. Manlium Torquatum ad singulare certamen procedentem Gallus accepit. Sab. l. 3 Enn. 4. fol. 198

LAVTVLAE locus est Latij iter prope ab Anxure, quo milites, qui arcis Campanae occupandae consilium inierant, metu poenae affatim secessere, ac T. Quintium pro ducem sibi constituere. Sab. l. 3 Enn. 4 fol. 209

LEGIO apud Romanos primo quatuor hominum millia continebat. deinceps quinque millia, postremo sex millia, et ampliari ordo militum serviret, utpote qui vexilla tria complectebatur vexillum autem milites centum octoginta tres. Sab. l. 4 Enn. 4. fol. 247.

LAVRO exercitum coronatum Philippus Macedonia rex contra Thebanos duxit templi Delphici direptores, ut videretur iniuriam Apollini illatam ulcisci. Sab. l. 3 Enn. 4. fol. 205.

LINGVAE ~~proff~~ probrum graviter in Persis vindicatur. nec aliud gravius apud eos est. Sab. l. 4 Enn. 4. fol. 214.

LANAE manus admovere ~~apud Per~~ feminas Persarum contumelia est. Sab. l. 4 Enn. 4. fol. 219.

Ex Sab. ab orbe condito.

LICERE omnia regibus Anaxarchus hoc adagio Alexandro magno ostendit. cum enim ob cedem clyti rex mori vellet, Anaxarchus dixit ius, et fas proinde Ioui non assidere; ut quicquid regibus facere libuerit, licere id, ac recte fieri intelligatur. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 221.

LONGULA ciuitas fuit Samnij, seu Hetruriae; ad quam L. Papyrius Cursor Dictator profectus est. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 235

VAL. LEVINIUS consul fuit Romanorum, et contra Pyrrhum regem Epiri profectus est, qui Tarentinis contra Romanos opem tulerat. et dum rex caduceatorem ad Romanos misisset, vellentne se iudice cum Tarantinis de iure cum decernere, consul respondit Pop. Rom. neque Pyrrhum iudicem legisse, neque hostem formidare. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 256.

LAUS amnis Lucaniae regionis est Italiae; a Lao usque ad Leucopetram Brutij populi tenuerunt, qui pastores fuere Lucanorum fugitiuique, ac rebelles. Brutios enim Lucani fugitiuos, ac rebelles uocant. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 250.

LEGIS diuinae Scriptores ideo Graeci non nominere ob religionem, quae illis obstitit, et cladem Theopompi, et Theodectae, qui pauca ad ipsam legem attinentia in scriptis inmiscere ausi, hic luminibus aliquandiu captus mente abalienatus est. ~~Sab. fo. ...~~ Demetrius Phalereus Ptolomeo Philadelpho dixit. Sab. l. XIII. Enn. 4. fol. 251.

Ex Sab. ab urbe condita.

LIBROS Metrocles Maronita ~~furor~~ cynicae disciplinae sectator suos combussit fassus somniorum illa esse phantasmata. multi prodidant (Theophrasti commentarios ab eo fuisse combustos. Metroclis ipse sororem habuit Hipparchiam) eiusdem disciplinae assectatricem. illudque ipsius Metroclis est. aliud pecunia parari, ut praedia; aliud tempore; ac diligentia, ut disciplinas. Sab. l. VIIII. Enn. 4. fol. 251.

LONGANVS Siciliae fluvius est, iuxta quem Hiero dux Syracusanorum dux Mamertinorum populatores, qui Messanam urbem incolebant, non solum fudit fugavitque, sed cum duce captos Syracusas victor perduxit. unde magno Syracusanorum favore, ac consensu rex appellatus est. cum Mamertinis in Hylaeo agro hanc victoriam fuit consecutus. Sab. l. IX. Enn. 4. fol. 252.

LINGVRIVM dicitur a multis electrum, et in Liguria illud nasci Strabo arbitratur. Plin. autor est electrum nasci in Glessaria insula, oceani septentrionalis. Germani electrum dicunt Glessum. nascitur medulla pinei generis arboribus defluente, ut gummi in cerasis, ut resina in pineis. Demostratus Lingurium ex urina Lyncum fieri credidit, a maribus fulvum, et igneum, a foeminis languidius, et candicans. Langurium quidam id vocari existimant, esseque in Italia Langurias bestias. Zenothemis eas vocavit Langas, et circa Padum id ferarum genus stabulari arbitratur. Metrodorus, et Sudines ex arbore, quae in Liguria sit, id nasci prodidere. Sab. l. 9. Enn. 9. fol. 258. et 259.

Ex Sab. ab orbe condito.

LACINIA Juno in Crotone Italiae urbe colebatur, ara erat sub Dio, quae in qua cineres nullo ventorum flatu dissipabantur. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 282. Aram Junoni Laciniae Annibal dedicavit cum titulo rerum omnium a se gestarum Graecis, Punicisque literis sculpto. Sab. l. V. Enn. V. fol. 299.

LISINA Thessaliae oppidum est, quod Amynander Athamanum rex Romano militi, usurpatam a Quintio consule acceperat, in deditionem recepit. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 307.

LVDI Scenici post dedicationem aedis matri Deorum in Palatio erectae Megalesia dicti sunt, quemadmodum Valerius Antias prodidit. Sab. l. 7. Enn. V. fol. 313.

LVTARIVS et LONNORIVS reguli Gallorum fuere qui sub Brenno, traiecerunt in Graeciam, mox in Asiam. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 316.

LVMINA vocatum fuit sacrum, quod Judas Machabaeus instaurato Hierosolymis templo fecit octo diebus operatum, quia reparatae religionis lumen ex insperato affulsisset. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 325.

LETHE fluvius est Lusitaniae, a Romanisque oblivio dicitur. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 339. lege infra diffusius in litera O. ubi hac dictio incipit. Oblivio Lusitaniae fluvius est.

M
P
C
D
I
R
S
V

Ex Sab: ab orbe condito.

LARIS oppidum Africae fuit, ubi C. Marius consul in Jugurthae ducem stipendium, et commeatum locaverat. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 345

LAUDEM nascentem favor comitatur, senescentem contemptus. Sab. l. 3 Enn. VI. fol. 350

LAURON Hispaniae civitas fuit, quam Pompeius Magnus cum Sertorio dimicans vi cepit. Sab. l. 4 Enn. VI. fol. 358.

LAUREA corona cinctus caput Crassus de Spartaco triumphavit, cum ante Myrthea uterentur. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 359.

LIBERALIUM artium professores Pompeius Magnus Rhodi audivit, et singulis talentis donavit. Possidonium Stoicae disciplinae virum, qui tum forte iacebat domi aegrotus, visere dignatus est, cuius aedes subiturus vetuit lictores ostium pulsare, ut mos fuit, summisitque ministri Imperator privatae domus fasces, quibus pene totus orbis summiserat se. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 364.

LITERIS adeo incubuit Juba filius Jubae regis Numidiae à Julio Caesare ductus in triumpho Lybico, ut ex barbaro, et Numida inter clarissimos sit postea scriptores numeratus. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 388.

LACEUM oppidum Hispaniae fuit, quod Astures ... occupavit, dum à Calvisio duce Octaviani Caesaris ad Sauram fluvium essent victi. Sab. l. 9. Enn. ... fol. 406.

Ex Sab. ab orbe condito.

LATIVM à Tybri ad Lirim fluuium protenditur. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 408. à Varo inquit flumine ad Macram Liguria terminatur, ubi Genua illustris; inde ad Tyberinum amnem Hetruria, ubi Pisae; à Tybri ad Lirim Latium, ubi Roma, inter Antium oram; à Liri ad Sarnum Campania, ubi Neapolis. Idem ibi. Latium (inquit) Apennini iugis, mari, duobusque fluminibus Tybri, et Liri clauditur; dubium, quia inter... latebat, an quia in ea terra latuerit Saturnus sit nomen sortitum. §

LATIVM in longitudine ad centum millia passuum protendebatur. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 409. nouissimi (ait) externorum Troiani Aeneae ductu in Latium venerunt, qui Aboriginibus mixti, duplex genus (ut plerique scribunt) in Latinorum appellationem abiere. tenuerunt. Italici generis terram ipsam Aurunci et Rutuli citra Circeios antiquissimum Latij terminum. ultra Volsci, Osci, et Ausonij ad Lirim usque fluuium. ut ad centum millia passuum, recentiori Latij habuerit longitudo...

LATINI, Umbri, et Ausonij à Graecis Tyrrheni sunt olim uno nomine appellati; quidam etiam Romam ipsam Tyrrheniam urbem esse opinati sunt. Sab. l. 3. Enn. VIII. fol. 408.

LINGVAM, et mentem omnibus liberam esse oportere aiebat Tyberius Caesar in ciuitate libera. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 412. §

Ex Sab. ab urbe condito.

LVCTVM exprimentes barbari reges barbā deponebant, et uxores capita radebant. reges Parthorum conuiuiis, ac uenatu abstinebant. Sab. l. 2. Enn. VII fol. 414.

LANGOBARDI, duce Claudio Nerone imperante, Italum regem à Germanis regno eiectum contra Cheruscos populos adiuuarunt. Sab. l. 2. Enn. VII fol. 415.

LVCIVS Verus Caesar ex concordia petens Altinum unà cum M. Antonino Caesare in eodem curru subito ictu sanguinis, quem Graeci Apoplexin uocant, extinctus est in [illegible]. Sab. l. 4. Enn. VII fol. 430.

LITERARIVM ludum Heluius Pertinax Caesar fecit à filio cum aequalibus frequentari ut ~~antea~~ faciebat priusquam imperium adipisceretur. Sab. l. 5. Enn. VII fol. 434.

LVNVS deus in Carris Mesopotamiae urbe celebatur. persuasumque fuit Carrensibus, ut quisque Lunam foeminam esse arbitraretur, aut muliebri nomine nuncupasset. is mulieribus addictus molliter uitam ageret. contra qui marem deum esse Lunum crederet. ille et uxori dominaretur, et à mulieribus nullas pateretur insidias. Sab. l. 5. Enn. VII fol. 437.

LVGVBRES olim mulieribus fuerunt uestes albae. Sab. l. 5. Enn. VII fol. 436.

LITERATOS insectatur Licinius Caesar et literas uirus, ac pestem publicam uocabat. ac grauem ferebat industriam. literarum enim fuit [illegible] quo rusticior uir facilis erat utpote nisi edu[illegible]. Sab. l. VIII. Enn. VII fol. 453.

Ex Sab. ab urbe condita.

LEGES constantinus Magnus ex aequo, et bono sanxit. Sab. l. VIII. Enn. VII. fol. 453.

LITERARUM adeo expers fuit Vetranio Imperator, ut ne elementa quidem literarum nisi iam grandis natu didicerit. Sab. l. VIIII. ~~fol. VIII.~~ sed Enn. VII. fol. 455.

LITERAS didicit Didymus Alexandrinus iam grandis natu, ut in mathematicis etiam praeclare scripserit. cum ab incunabulis esset captus oculis, et ob id primarum literarum ignarus. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 458.

M
P
C
D
R
S
V

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana.

Marcha germanice vocatur limes, ac provinciarum separatio. Cap. ... fol. 23.

MARTINIANVS Romanus Praeses fuit ut Lazius hoc elogio apud Celeiam Styriae in confinibus Carniolae et Charinthiae reperto attestatur.

D. N. FL. CONSTANTINO CLEMENTISS. ATQVE VICTORI AVG. MARTINIANVS V. P. PRAESES PROVINCIAE NORICI MEDITERRANEI.

Milites ab anno XVII. usque ad XLVII. Servius Tullus rex Romanorum Juniores appellavit, supra vero eum Seniores. Aulus Gel. cap. XXVIII. l. X. noct. Atticarum. Lazius cap. VI. l. 3.

Magistri vocantur ij, quibus praecipua rerum incumbit, et qui magis quam caeteri diligentiam, et solicitudinem rebus, quibus praesunt debent. Magistratus etiam per derivationem a magistris cognominantur. Ulpian. de verb. signi. l. cui praecipua. Lazius cap. 9. l. 4.

MARCIANVS vir fuit Romanus, sicuti hac inscriptione Lazius cap. 12. l. 4 ostendit Petovione insculpta.

PRO SALVTE ET INCOLVMITATE PL. VAL. TIB. MARCIANI IVNIOR. P. VAL. MARCIANVS MIL. DVPL. LEG. X. GEM.

MVTIANA legio dicebatur ea, quam olim Mutianus Vespasiano in auxilium contra Vitellium attulit. ut Tac. l. XVIII. scribit. Lazius cap. VII. Idem cap. 21 l. 4. ubi monumenta haec demissus habet

LEG. XIIII GEM. LEG. XIIII. GER. LEG. XIIII. C

id est, Mutiana

Ex com: Lazij de rep. Romana.

Matticum Ciuitas fuit cattorum Germaniæ populorum, hodie Madburgum mutatis literis denominatur. Corn. Tac. l. i. Sed cattis (ait) ingruensus aduenit, ut quod imbecillum ætate, ac sexu statim captum, aut trucidatum sit. et subdit. Cæsar, incenso Mattio (id genti caput) aperta populatur. uertit ad Rhenum. Madburgum hodie Hassiæ oppidum est. Lazius cap. p. l. VI.

MESAMONIA Genus teli est ut Gellius cap. 25. l. x. noctium Atticarum scribit, et Lazius cap. eod. l. VIII.

MVNERA ludi gladiatorij a Romanis uocati sunt. Cicero in oratione pro Murena. Ludis, oblectamur, et ducimur, quæ causa fuit, ut munera, talesque ludi, sive spectacula digladiantium uocarentur huic reipublicæ, quod uidelicet tanquam muneribus solent homines capi. Lazius cap. XIII. l. X.

MVNVS proprie est (ut ait Marcianus Iurec. in l. munus ff. de uerbo. et rerum significatione) quod necessario subimus lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet potestatem. dona sunt, quæ nulla necessitate iuris, aut officio, sed sponte præstantur. Lazius cap. XIII. l. X.

MAIVMA erat festiuitas apud Romanos, qua ij Ostiam urbem maritimam, ut ait Suidas, inter aquas uoluptatibus incumbentes adibant. eam sustulit Anastasius Imperator. huius solemnitatis meminere Arca. et Honorius Imperat. in l. unica Cod. de Maiuma l. XI. Lazius cap. 2. l. XI.

MAYR apud Germanos uetres dominus uocabatur, quo etiam uocabulo duces, ac reges nominabantur, ut apud Marcelli. Chnodomarius, et Vadomarius

Ex Lazio de rep. Romana.

Vadomarius, qui à Rauracis usque ad Nemetas, et Vangiones agros iuxta Rhenum habebant. corrupta sunt nomina ~~Graeca~~ Teutonica ab homine Graeco. Sic Iornandes tres Gothorum reges describit Balamyrum, Vuidimyrum, et Theodimyrum. qui iussu Attilae filijs Panoniam inter se partiti sunt, Balamyro saltuosa loca ad Sauum amnem. Vuidimyro campestria. Theodimyro alpestria. Hoc Lazius cap. VI. l. XII.

MONTICULUS oppidum est Rhaetiae. Lazius cap. 9. sect. 2. l. XII. Sed Hactenus, inquit, de insula lacus, quem Acronium Strabo, Mela Venetum, à colore aquae coeruleo, Marcellinus MURGANTIAM nominaverat. quo relicto ad penitiorem Rhaetiam ascendamus Italiam versus, quae in itinere Rheni sursum usque ad eius fontes sequentibus occurrunt loca Romana vetustate apud posteros adhuc clara. Brigantium in ~~agro~~ angulo lacus posita. supra quam est Amisium Embs hodie. Monticulus Montiglen. Bendenum Benderen.

MONTENIACUM Galliae oppidum est, quod Burgundiones incolunt, vulgo dicitur Montmey. Lazius cap. 9. sect. 2. l. XII.

MARICA fluvius est Rhaetiae inde procul a ponte, quem Traianus Augustus super Danubio imposuit, et Mariscam oppidum alluit, et postea ipsi Danubio inseritur. de ponte illo Dion Cassius in historia Traiani haec scribit. Per ea, inquit, tempora Traianus lapideum pontem in Istro fecit opus sanè mirandum et maximè [illegible].

cui caetera eius opera vix adaequare possis. uiginti stant ex quadrato lapide pilae, quarum altitudo centum, et quinquaginta pedum praeter fundamenta habetur. latitudo sexaginta pedes continet. distant inter se CLXX. pedibus. fornicibus vero coniunguntur. impensa profecto ingens, ac vix credibilis. sed illud mirari eduxit, quam ratione, ac quibus viribus, quove artificio in illa gurgitum altitudine, tamque praecipiti fluvio tum singulae columnae extrui valuerint, tantae inunquam molis fundamenta stabiliri. uada praeterea tum esse orant, neque amnis alio avertiverat. quanta vero altitudo sit aquae, et quam late pateat amnis, haud quidem enarraverim. Lazius cap. 3. secti 2. l. XII.

MVRSIA colonia fuit Pannoniae, quam inter montem Aureum, et Teutoburgium Antoninus in itinerario statuit. cuius vestigia in Esecchio Dravi municipio superfuit adhuc, et cladem christianorum insignem sub Cazianero duce à Turcis acceptam, vlambegoque illorum praefecto late ostendit. Ptol. in geographia, et Scotus Marianus Scotus in codice praefecturarum illius meminere. Quin et Orosius libro VII. cap. XX. de Tyrannis loquens, qui sub Gallieno imperium occuparunt, Ingenuum ibi occisum refert. Ingenuus, inquit, qui purpuram sumpserat, apud Mursiam primus accidit. Sex. Aurel. in vita Constantini autor est Vetranionem iuxta Mursiam imperium accepisse. ac Constantium Caesarem Magnentium vicisse. Lazius cap. VI. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana
qui monumentum hoc in Mursia antiquum scribit

VIRTVTI ET HONORI
L. VLPIVS MARCELLVS
LEG. AVG. PR. PR.
PANNON. INF. V.S.

MAGNIANA oppidum Pannoniae superioris est non procul a Sabaria. Ptol. cap. 15. l. 2. Magniana meminit. Antoninus vero in itinerario Mogentianam vocat, quam nonnulli originantur a Gentio Illyriorum rege vocatam fuisse. Suidas et Magniana facit mentionem. Lazius cap. IIII. sect. 2. l. XII.

M. ACERIVS nomen Romanum est, ut hac inscriptione patet, quam Lazius cap. VIII. sect. 3. l. XII. esse attestatur in Cuendorfa villa Styriae, seu Pannoniae superioris.

MACERIO EVOCATO, ET
MACERIAE, ET MACERIO.

MORSINVS vir fuit Romanus, sicuti patet hac inscriptione ad portam sacelli S. Jo. loco vicino Stubembergio Styriae oppido.

MORSINVS SEI M. BROCCIA RISIVIA
CON. OPT. AN.

MARTINIANVS vir fuit Romanus; sicuti hac inscriptione patet, quam Lazius cap. VI. sect. 4 l. XII. esse attestatur in monasterio minoritarum Celeiae.

D.N. CONSTANTI CLEMENTISSIMO. ATQ. VICTORI AVGV.
MARTINIANVS V.P. PRAES. PROVINCIAE NORI
MEDITERR. D.N. M. EIVS.

Ex Lazio de rep. Romana.

MARICA fuit mulier Romana, ut hac inscriptione patet, quam Lazius cap. VI. sect. F. l. XII. esse attestatur in domo parochiali Coloniae.

MARICAE ATEMERI F. ANN. LXXX.
C. CASSIVS CIVIS HER[illegible] FEC.

MAGIVS vir Romanus fuit, lege inscript. Aquileiae positae supra in litera A ubi haec clausula incipit. M. MAGIVS M. L.

MANIMI populi Marcomannorum fuere ut eorum Tacitus, Strabo, et Ptol. ostendunt. Lazius cap. I. sect. VII. l. XII.

Ex Rhapsodia Sabellici ab orbe condito.

Musica Tubal reperit, Tubalchain artem aerariam. Sab. l. 3. fol. 71.

MAGIAM, et astrologia Zoroaster Bactrianorum rex primus inuenit. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 4.

MORIS Palestinae mons est, in quo Habraamus Isaacum filium immolare voluit. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. VII.

MANASSES oblivio ab hebraeis vocatur. unde Josephus Israelis filius, cum in filium in Aegypto suscepisset ex filia Petephris, seu Phutiphanis Heliopolitani sacerdotis, eum Manassem vocauit propterea, quod malorum ante passorum erat oblitus. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. X.

MARE olim fuit Aegyptus, Nili tandem alluvione continens facta. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. XII.

MORTI apud Aethiopas à rege destinatus sibi ipsi mortem ~~conficit~~ consciscit. ad eum siquidem litteram habentem signum mortis rex mittit, quo conspecto, quisquis est ille, domum se proripit, et mortem sponte obit. fuit quendam morti destinatum de fuga cogitasse, at, prius quam se à periculo subtraheret, mater illum zona strangulauit. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. XI.

P C D R S V

Ex Sabellico ab orbe condito.

MEROE insula Aethiopiae dicta etiam fuit. Memphis a sorore Cambisis regis, seu, ut alij narrant, uxore. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XIII

MICTURIUNT Aegyptiorum foeminae stantes. uiri sedentes. foeminae cauponari, negociari, et institoria munera obire consueuerunt, uiri texere domi. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XIIII

MARATHO dicitur fons amarus in solitudine maris rubri positus, quem Moses iniecta uirga potabilem reddidit post iter per mare siccis pedibus factum, a populo Hebraeo. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 16. qui Maratho hebream esse uocem ait, et amarum significare.

MULTITUDINIS proprium est nihil intelligere, nihil ratione metiri. timore siquidem aut odit, aut fauet. ut Josue ad Israelitas in Mosem tumultuantes ait. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 18
idem l. VII. Enn. 2. fol. ...

MARE rubrum uirga Mosis percussum Judaeis peruium factum est. in speciem siquidem murorum aqua hinc inde stetere, adeo ut totus exaratus siccis pedibus ripam ulteriorem adepta sit. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XV
Jordanis fluuius identidem fluctus retraxit, et Josue cum toto exercitu ad Hiericuntis urbis expugnationem proficiscenti sese peruium dedit aquis in murum speciem retractis stantibus, ita quod Judaei eum siccis pedibus, arca foederis admota, sunt tranaiuere. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21

Ex Sabellico ab orbe condito.

MACEDA urbs Palestinae fuit, no procul à qua Josue quinque reges Cananeorum in specu abditos cruci affixit. Sab. l. 4. Enn. 3 fol. 22.

MAVRI populi sunt Lybiae, nomen à Medis illuc profectis habuere. à Medis enim Mauri corrupta dictione uocati sunt. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 31.

MAXILLA dicitur Palestinae locus, in quo Sanson hebraeus asini maxilla interfecit ad mille Philisteorum, et cum sitiret, miraculo ex Maxilla ipsa dicitur aquam effluxisse, qua potus sitim extinxit. Sab. li. VII. Enn. 3. fol. 38

MASPHATOS urbs est Palestinae, ac hebraeo idiomate significat deorsum spectans. Samuel propheta illuc hebraeos aduocauit, ac ibi persuasit ut cum Philisteos praeliarentur. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 44

MICHOLIS Sauli regis filia Dauidi collocata in matrimonium est. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 47.

MVHIJIO, et arx hebraica dicitur Hieron unde Hierosolyma urbs Palestinae sumpsit nomen, postquam fuit arci coniuncta. prius enim Solyma uocabatur. Sab. l. IX. Enn. 3. fol. 50.

Ex Sabellico ab orbe condito.

MARE fuit appellatum vas aureum, quod templo Salomonis fuit dicatum. Sab. l. 9. Enn. 5. fol. 51.

MENTEM rectam. Salomon rex in decernendo iudicio Salomon rex à Deo sibi concedi optavit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 55.

MOSES annos centum et triginta vixit, et Ioiadas post eum Samaritanus. Sab. l. 3. Enn. 2 fol. 62.

MVSIS Lacon rex pugnam cum hoste init, tunc sacrificabat. Sab. l. 9. Enn. 2 fol. 63.

MORTVVS, qui à latronibus erat interfectus, et in sepulchrum Helisei prophetae deiectus, contactu eius corporis suscitatus est. Sab. l. 2. Enn. secunda fol. 64.

MEDVS Iasonis, ac Medeae filius provinciae MEDIAE nomen dedit. alij ab ipsa Medea vocatam dicunt. MEDEA etiam fuit vestis, qua Medi utebantur. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 65.

MERCVRII vocabantur à Magis Babyloniorum sacerdotibus astra Martis, Veneris, Mercurij, ac Iovis, quoniam proprium cursum sortiti futura ostenderent, tanquam deorum interpretes. Sab. Enn. secunda l. 2. fol. 65.

MEGARA Siciliae urbs est à Doriensibus condita, prius Hybla vocabatur. Sab. l. 3. Enn. 2 fol. 75.

Ex Sab. ab orbe cõdi.

MORTVOS Athenienses, ac Sicyonij humabant ora ad occidentem uertebant; Megarenses aut. ad orientem. Sab. l. V. Enn. 2 fol. 86.

MASII Persiae populi sunt, Maraphij q. et Mardi. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 9

MENTIRI apud Persas turpissimum est. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 91.

MITRA Sol à Persis uocatur, et in maxima ueneratione apud eos est. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 91.

MVSIS fluuius est Scythiae, qui Araxi miscetur, et in mare Caspium delabitur. Sab. l. VI. Enn. 2. fol. 93

MVLVS ex equa, et asino nascitur, ex equo autem et asina hinnulus. obseruatum est ex duobus diuersis speciebus tertium procreari neutri duarum similem, nec tale genus ad procreationem esse utile. in romanis annalibus [illegible] uno loco est proditum mulam ~~...~~ peperisse: et Theophrastus autor est cappadociae Mulas parere uulgo. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 101. mulum et asinum Scythia ob frigus non gignit. Sab. ibi fol. 106.
Mula enixa est mulum Sardis, cum Xerxes con. Athenienses mouit. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 125.

MOREANI Latinorum populi fuere, ac contra Romanos conspirauerunt una cum Ardeatibus, Bubentanis, Cornis, Laurentibus, Lauicanis, Vanitanis, alijsque pluribus ac Sexto Tarquinio, et Octauio Mamilio Tusculano Duces habuere. Sab. l. VIII. Enn. 2

Ex Sab. ab orbe condito.

MORI se nunquam putant Getae populi Thraciae, sed ad Salmoxim daemonem quendam post fatum migrare. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 22.

MALINA Mysiae regio est, ubi Histieus Milesius ab Harpago Persa duce regis Darij commisso praelio uictus est, ac ne confoderetur se Histiaeum alta uoce proclamauit, unde Sardis perductus ab Artapherne in crucem sublatus est. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 114.

MACERINVS cognominatus fuit M. Geganius, qui unà cum T. Quintio Capitolino egit consulatum eo anno, quo censores primi Romae fuerunt creati. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 148.

SP. MELIVS uir Romanus fuit, qui à Seruilio Hala magistro Equitum Quintij Cincinnati dictatoris obtruncatus est, quod regnum affectasset, domus eius diruta, et area, ubi fuerat, dicta Aequimelium est. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 148.

MVRVS albus uocatur pars tertia urbis Memphidis, quae in Aegypto est. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 149.

MESSIVS Volscus uir Volscus fuit, et contra Au. Posthumium Tubertum Dictatorem acerrime pugnauit. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 151.

MERITVM siquando nullum intercedit ab eo, qui petit, debet astendi petita fore ijs, à quibus petituntur, conciliabia, uel saltem miseris calamitosisque, uel si coeterum defuerint, parum officij gratiam non defuturam. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 152.

Ex Sab. ab urbe condito.

Sp. MECILIVS, et Metilius tribuni plebis Romae fuerunt, ac legem tulere, ut quicquid agrorum esset ubique quaesitum, populo diuideretur. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 165.

MOTIA Siciliae fuit urbs, quam Siculi ab agricolis ex Italia expulsi habitauit. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 167

MAIVS mensis a Syracusanis Carnius, et Megagithnion ab Atheniensibus uocabatur. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 173.

MODVLATOR egregius adeo fuit Chrysogonus, quem Alcibiades post exilium in patriam reuersus secum in naui habuit, ut ad eius concentum nautae remorum pulsum coaptare iussi suauem quandam harmoniae speciem reputarant. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 179. Xenophantes id et faciebat, qui cinerem Demetrij regis comitatur. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 245.

MORTVOS humi condere Darius rex Persarum edicto iussit, ac cremare prohibuit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 182.

METICVLOSVS adeo fuit Dionysius Siciliae tyrannus, ut pigmentarium accerseret, qui sibi nouaculam non admittenti capillum candenti carbone adureret. Sunt qui filiarum ministerio in tondendo uti solitum scribunt. Sab. l. 9. Enn. 3 fol. 182.

METVM, et uiolentiam Dionysius Siciliae tyrannus adamantina uincla nominabat, seque adamantinis uinculis principatum filio relictum praedicabat. Sab. l. 9. Enn. 3 fol. 182.

C. MARICUS, Trib. pl. Romae fuit, is cum ex persuasione Camilli Dictatoris urbe incendio Gallorum absumpta instaurationem coepit. Trib. Q. Fabio, qui legatus in Gallos, cum iis contra gentium dimicaverat, diem dixit. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 188

METIUM locus est non procul a Lanuvio Volscorum Latii Tusculano oppido. ubi Camillus Dictator cum Volscorum castra metatus est. qui audito Camilli nomine tantum terroris percepere, ut congestis arboribus castra, ne Romanus munimentis posset insinuari posset, circumdederint. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 189.

MARE, quod arcem Syracusanam alluit dulce, et potu suave aquas per diem unum habuit, cum Dion contra Dionysium tyrannum cum exercitu profectus est. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 200.

MINOA Siciliae fuit urbs, quam Carthaginienses possedere. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 200

METIUS Geminus vir fuit Tusculanus, qui T. Manlium T. Manlii consulis filium ad certamen singulare provocavit, et ab ipso Manlio interfectus est. unde Manlius patris iussu virgis caesus securi percussus obiit, quod pugnaverit contra edictum patris. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 207.

METIA tribus Romae fuit, quae una cum Scaptia reliquis eo anno addita est, quo Alexander Epirota bellum in Lucania movit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 208.

Ex Sab. ab orbe condito.

MARSYAS Lydiae fluvius est à monte Cadmo fluens, ac Celenas urbem praeterfluit, et Marsyas dicitur, quandiu eam alluit, postea Lycus appellatur. Sab. l. 5. Enn. 5. fol. 210

MEHIVM Assyriae oppidum est, ubi caverna est cum fonte bituminis, ex qua materia Babylonis moenia fuerunt magna ex parte interlita. Sab. l. 5. Enn. 5 fol. 219.

MARVCENTA Scythiae oppidum est LXX stadiorum ambitu patens: quam cives Alexandro magno dedidere, ac illum ibi [illegible] Abiorum legatos, qui iustissimi inter Scythas habentur, ac bellorum expertes. Sab. l. 5. Enn. 5. fol. 222

MEMINISSE cum fultum est, propter quae tui obliviscantur. Sabel. l. 5. Enn. 5. fol. 224

MERECANTVM Sogdianorum oppidum est, quod Alexander magnus cum cepit, cum sibi XXX Sogdianorum nobilissimi ad conspectum Macedonis adducti essent, ad suppliciumque traherentur, postquam quid mandaretur per interpretem didicissent, continuo laetum carmen more gentis canere occeperunt, ac tripudio quodam gaudium testari. miratus hominum constantiam Alexander sciscitatus est, quid esset, quod paulopost moriturum celebrarent, respondisse dicuntur

Ex Sab. ab orbe condito.

sibi in morte optatius contingere potuisse, quam ut iussu inuicti regis extinguerentur. Gongissima se mortem arbitrari, quam patrio more cantu, et laetitia celebrarunt. tum rex iussit rogari, an suo beneficio seruati sibi no[n] inimici futuri essent; illi se nunquam inimicos fuisse testati sunt. sed illatam iniuriam propulsare voluisse. at si uita donarentur, beneficio eum eo ut armis antea, certaturos. quaerenti regi quo pignore apud se obligatam essent fidem, quam acciperent, pignori futuram respondent. reddituros se illam, quoties repeteretur. uirorum indole delectatus Macedo incolumes domum dimisit. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 226.

MEROS Indiae mons est, ad cuius radices Nysa urbs sita est. Meros Indica lingua significat id, quod femur latine. unde fabula de Baccho, et Iouis femore orta est. Sab. l. V Enn. 4. fol. 228.

MARE rubrum Hecataeus, et Onesicritus Alexandro magno dixerunt falso credi rubrum habere aquam; cum ab Erythro rege nomen pelago inditum credere se, cuius sepulchrum eius gentis literis insignitum in insula non procul a continenti intuiti essent. alij aquam quidem rubram, etsi non sit, affirmant. seu quia rubens sit arena, qua leuiter commota talis existat inlluuiturs color, aut quod initium, qui argillosi repercussu, pacata pelagi facies rubescat. vi. Enn. 4. fol. 231.

a. 546. ab urbe condita.

MILONIA civitas fuit Marsorum, quam M. Valerius dictator vi cepit. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 238.

MARGVNTIA urbs Samnii fuit, quam P. Decius consul expugnavit. Sab. l. VII. Enn. 4 fol. 239

MENDACIVM ita Deo opt. Max. invisum est, ut cum pullarius L. Papyrio consuli ad Aquiloniam cum exercitu circumsedenti sollistimum tripudium falso renunciasset, ac ob id laetus consul signum pugnae proposuisset, mirum hoc accidisse aiunt, ut priusquam pugna orta sit, pullarius ante aciem stans telo sauciatus conciderit. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 241.

MAMERTINI sunt populi Siciliae, qui a Marte nomen habuere, (ut ait Plutarchus) ob ferociam, et sanguinis contumax. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 250. hi causa primi belli Punici fuere, cum enim a Hierone rege essent victi, alii MESSANAM urbem, quam incolebant Romanis tradidere, alii arcem Carthaginiensibus. Messana est, Chalcidicus vocatum Sab. l. IX. Enn. 4. fol. 252

MACELLA fuit urbs Siciliae mediterranea, quam C. Duellius Romanorum consul post superatos navali praelio Carthaginienses ad Heliconis fluminis ostium vi cepit, et insuper Segestam urbem, utraque in australi oras posita est. Sab. l. 9 Enn. 4. fol. 254.

Ex Sab. ab urbe condita.

MVSICAE studijs Arcades ex ueteri instituto usque ad trigesimum uitae annum exercebantur, adeo ut eam artem ignorare probri loco poneretur. persuasum habuit gens ipsa mores, et rigorem talibus studijs mitescere. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 275.

MARE, quod Hellespontus uocatur, circa Hermeum Europae promontorium, uix ultra quinque stadia est patens. has angustias, Darius, rex Persarum ponte commisit, in Scythas exercitum transmissurus. inter Bizantium, et calcedonem XIIII dumtaxat intersunt stadia. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 276.

MVRVS, castellum Peloponnesi fuit, quod Euripides Aetolorum dux cepit. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 276.

MAGIVS Decius uir campanus fuit nobilissimus, qui campanis suadebat, ne a Romanis ad Poenos deficerent. et cum Annibali cum campani dedidissent, uinctus concionabatur campanos se Annibali dedendo libertatem amisisse. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 279.

MAS ex foemina Spoleti factus est. dum Q. Fabius Max. et M. Claudius Marcellus consules Romae facti sunt. Plin. Licinio Crasso, et C. Cassio consulibus Cassini quam scribit sub parentibus ex uirgine fieri contigisse, qui in desertam insulam sit iussu auruspicum deportatus. Mutianus. Licinium crisum A. S. Argis prodidit. uisitentem, cui nomen fuisset Arescusa, ex uirgi ... nupsisse.

nupsisse, moxque barbam, et uirilitatem adeptus duxisse uxorem. Smyrnae quoque hoc ipsum aliquando accidisse idem auctor prodidit, et a Plinio in Africa uisum, qui die nuptiarum ex foemina uir selierat factus, et L. Cossitius appellatur. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 283.

MELAE ciuitas fuit Samnij, quam Q. Fab. Max. ui cepit. Sab. l. 3 Enn. V. fol. 283.

MACHINAS militares Eudoxus Gnidius, et Architas Tarentinus primi omnium multis, uarijsque celaturis exornasse dicuntur, subtiles, et occultas artis propositiones machinarum formis, et talibus oculis subijcere. Id Plato aegre tulisse traditur, ut, quae ingenij essent, sensibus subijcerentur. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 289.

MAGISTRATUS, eius, qui summus esset, dicebatur MEDIASTUTICUS. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 289.

MERICUS uir fuit hispanus, qui M. Claudio Marcello Romanorum Imperatori Acradinam et Nasum loca urbis Syracusanae tradidit. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 290.

MARONEA, et MELE ciuitates fuerunt Samnij, quas M. Claudius Marcellus ui cepit, in quibus tria millia militum Annibalis oppressit, qui ad locorum praesidium a Poeno fuerant relicti. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 292.

MUSTRO Lucaniae oppidum est, quod Plin. et Numistronem uocant, et in Brutijs locat. S. Enn. V. fol. 292

M
C
D
R
S
V

Ex Sabell. ab orbe condito.

MORES cum persona mutantur saepenumero. C. Valerius Flaccus fuit, ciuibus erat inuisus ob negligentiam, ac luxuriosam adolescentiam. Jsq. quum citro flamen a P. Licinio Pontifice captus, et inauguratus est, simulque sacrorum adiungitur, ita repente priores mores exuit, ut nemo in tota iuuentute prior haberetur, nec primoribus patrum, totique ciuitati magis probatur. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 293.

MEDI Thraciae populi sunt. Sab. l. V. Enn. V. fol. 296. Aetoli (ait) Romana societate fretum ferocius, quam antea Philippi rebus inrebuerunt ex Macedonia, pergunt tumultuose. Adiectabatur Scerdilaida, et Pleuratus in armis esse, ac Medos Thraciae gentem mota [illegible]

MADYTIS oppidum in Thracia Chersoneso fuit, quam Philippus Macedoniae rex vi cepit, dum ei bellum Romani indixissent. Sab. l. 6. Enn. V. fol. 305.

MEDION Acarnaniae fuit oppidum, quod Antiochus rex occupauit post nuptias cum filia Cleoptolemi Calcidensis celebratas. Sab. l. 7. Enn. V. fol. 313.

MEGALESIA ludi Scaenici appellati sunt. Sab. l. 7. Enn. V. fol. 313. lege supra in litera L diffusius, ubi haec dictio incipit Ludi Scaenici.

MULIEREM neminem heredem instituerit Q. Voconius Saxa trib. plebis rogatione. M. Porcius Cato legem suasit. Sab. l. Enn. V. fol. 322.

MONTES altitudinem decem stadiorum, nec MARE profunditatem excedunt. hunc Xenagoras Olympum Macedoniae montem altissimum a summo iugo ad imum perpendiculo geometrico decem stadia non excedere collegit. Lib. l. VIIII. Eman. v. fol. 323

MODINE vicus Palestinae fuit. ubi Matathias Judae Machabei pater ortus est. qui legem tulit, ut et Sabbatis pro vita adversus hostes dimicare liceret, puerosque nondum recutitos patrio more circumciderent. Lib. l. VIIII. Eman. v. fol. 325.

MASINISSA Numidiae rex, cum esset nonagenarius, mandebat cibum sine pulmento scandebatque equum suum sine ephippijs et nudo capite militaria, et imperatoria munia obibat. Lib. l. VIII. Eman. v. fol. 328.

MASINISSA rex obijt nonagenarius, et filium quadrimum reliquit, quem sex, et octoginta annos natus genuit. Lib. l. IX. Eman. v. fol. 330

MILITES laboribus assueti, ac robusti MARIANI muli appellantur. postquam enim Marius de Jugurtha triumphavit ad militarem disciplinam conversus cursu, variisque, et implexis itineribus militem exercuit, qui gravi onere gressus signa sequi cogebatur. quo factum ut milites huiusmodi laboribus assueti muli Mariani postea sunt appellati. Lib. l. X. Eman. VI. fol. 346.

Ex Sab. ab orbe condito.

MARIANUM stagnum, et Mariana fossa dicta sunt à nomine C. Marij consulis ostia Rhodani. Cum enim Cymbri appropinquare dicerentur Marius superatis alpibus ad Rhodanum consedit, grandi commeatu in castra comportato, nè alicuius rei inopia cogeretur cum hoste manum conserere. cæterum ut mari quoque aliquanto habilius necessaria subveherentur, quia Rhodani ostia ut uadosa nauigari nò poterant, militari opera fossam nauium capacem flumine commisso ad mare deduxit. unde stagnum, et fossa deinceps Mariana nuncupata sunt. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 347.

MINTURNAE ad Lirim fluuium in finibus Latij fuit oppido, ubi C. Marius intra carcerem occlusus est, ut tanquam hostis à senatu iudicatus necaretur. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 352.

MARSIA fuit Sabinorum ciuitas, unde Sertorius originem habuit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 357.

MORS in luctu, et miseria requies est, non autem cruciatus. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 366.

METIUS Marius miles fuit C. Cæsaris in Gallia, hunc Cæsar unà cum M. Valerio Procillo ad Ariouistum regem misit. ambos rex, pro speculatoribus capi iussit, et captos in uincula coniecit. Sab. libro V. Enn. VI. fol. 370.

MORINI Belgiæ populi sunt, Galli eorum metropolim Terrauanam uocant. Sab. l. V. VI. fol. 371.

Ex Sab. ab urbe condit.

MONA Britannici oceani insula est inter Britanniam, et Hyberniam. ibi sub brumam ~~XXX~~ dierum spacio, ut aliqui aiunt, continuae noctes sunt. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 377.

MACIO inscripta fuit Evagelii Rhetoris ars, ut Fabius ait. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 381.

MAGIUS praefectus fuit fabrum, dum Caesar victis Gallis cum Pompeium moverit. Pompeianus erat Magius, attamen, ut principes hi conciliarentur, plurimum insudavit. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 381.

Marsus vir fuit Romanus, a quo Dolabella se iussit interfici, ne in manus Cassii Caesaris percussoris veniret, qui Laodiceam urbem Syriae in coegerat. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 383.

MALCUS illus ex principibus Judaeorum fuit, qui plurimum Antipatro Ascalonitae, qui fuit pater Herodis regis Judaeorum invidit. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 398.

MARIANE Alexandri regis Judaeorum fuit filia, quam Herodes Ascalonitae rex Judaeorum duxit uxorem ad conciliandos Hebraeorum, qui eum aversabantur, animos. Sab. l. ~~399. fol.~~ 9. Enn. VI. fol. 399.

METINULINUM Iapidiae fuit metropolis quod Octavius Augustus igni absumi ita diruit, ut ne vestigia quidem ipsius urbis extarent. Sab. l. 9. Enn.

Ex Sab. ab urbe condito.

MAGI à Babylonijs, et alijs quibusdam gentibus solem orientem uersus, reges, ac sapientes uocantur. Sabel. l. 9. Enn. VII fol. 407.

MARATUS Augusti caesaris fuit libertus. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 4XI.

MUNDUS fuit ciuis Romanus, qui Paulina foemina Isiacorum opera, dei quasi re quae suasisset, potitus est nobilissima. unde Isidis templa Tyberius Caesar funditus diruit, sacerdotes in crucem sustulit, et Mundum exilio multauit. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 412.

NERO Tyberius Caesar pro Nerone ob nimiam uini appetentiam dictus est. et Biberius pro Tyberio. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 412.

MARTIANUS, et Processus milites à D. Petro in carcere baptismo Romae fuerunt initiati, et ambo demum iussu Neronis effecti martyres. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 417.

MUSONIUS philosophus Nerone Imperante, claruit. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 419.

MEDICUS fuit celeberrimus Nerone Imperante Critias Massiliensis, qui autore Plinio, mathematica Ephemeride aegrotis praebuit cibos horas obseruans, ut fatius morbi curarentur. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 419.

MARTIANUS libertus fuit Galbae caesaris, qui Icellus uocabatur, sed dum Romae profectus Hispaniam ei Neronis caedem nunciasset, ac salutasset caesarem, illum aureis annulis donauit, et [illegible] uocauit. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 419.

Ex Sab. ab orbe condito.

MATHEMATICOS Vitelius Caesar perse-
cutus admodum est. Sab. l. 3. Enn. VI. fol.
421.

MAGNVS dicitur campus, et planities
illa, quae inter montem Hiericunti Judaeae
urbi adiacentem, aliumque montem circa
Jordanem illi proximum protenditur. Sab.
l. 3. Enn. VII. fol. 422.

MVTIANVS Licinius praerat Syriae, ac
in Vespasiani Caesaris verba iuravit. Sab.
l. 3. Enn. VII. fol. 422.

MASTRO fuit locus, ad instar arcis
templo urbis Hierosolymitanae imminens.
prius Baris vocatus est. postremo Anto-
nia iussu Herodis regis in gratiam
Antonij triumviri. Sab. l. 3. Enn. VII.
fol. 424.

MARIAMNE, Phaselus, et Hippicus
Hierosolymitanae urbis turres fuerunt
materia, et proceritate visenda. car.
T. Vespasianus excisa urbe in monu-
mentum rei gestae reliquit. Sab. l. 3. Enn.
VII. fol. 424.

MORS (ut Eleazarus Judaeorum dux ait)
non est misera, sed via, quae ducit ad
mortem. mors libertatem animis affert, ad
beatiora traducit loca, ubi sunt omnis malorum
et doloris expertes. tunc enim mortua sunt
cum corpore hoc carcere tenentur, cuius pon-
dere ad terram degressa hebetiores fiunt.
his vinculis soluta coelestes repetunt
suum domum beate sunt, tum vivissime vivunt

litatem exutae aeternitatem suam cognoscere incipiunt. admonemur immortalitatis animorum vel modica quiete, qua paululum liberius evagati sequens futura videmur. Sab. l. 3 Enn. VII. fol. 425.

MVSCAS in secreto Domitianus Caesar aucupari solitus est, ac stilo defigere: ut ne interesset Vibius Crispus quaerenti cuidam, an aliquis esset cum Caesare, ne musca quidem respondit. Sab. l. 4 Enn. VII fol. 427.

MATHEMATICVS Ascletarion Caesari Domitiano eadem futuram praedixit, et se a canibus laniandum, quod evenit. Sab. l. 4 Enn. VII fol. 427.

METIVS vir fuit Romanus Domitiano imperante, qui sibi esse formosus videbatur. unde apophtegma hoc Caesar ipse in eum edidit nullum ergo tam formosum esse, quam sibi Metius videtur. Sab. l. 4 Enn. VII fol. 427.

MASIVS mons est Mesopotamiae, sub quo Nisibis est urbs, quae Antiochia etiam dicitur a nomine Antiochi regis. Sab. l. 4 Enn. VII. fol. 428.

MARTIS villa in Apennino Italiae fuit, ubi Helvius Pertinax Caesar ortus est. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 433.

MVRI veteres Byzantij urbis ex quadrato lapide (ut ait Herodianus) erant tam artificiose constructi, ut nullis saxorum compagibus extantibus tota murorum facies ex uno lapide constare videretur. Sab. l. V Enn. VII.

4[illegible]

Ex Sab. ab urbe condita:

MAXIMINUS Caesar ob immensum Robur à plerisque Antaeus, à multis Hercules, ac Milo Crotoniates vocabatur. ob saevitiam vero Cyclops, Busiris, Phalaris, et Typhon. bibacissimus, adeò fuit, ut amphoram vini uno die biberet, ac libras sexaginta carnis comederet. sudorem sui corporis uberrim fluentem calice excipiebat ut interdum ex eo tres impleret sextarios. pollice ita pingui fuit, ut dextro chirio uxoris pro annulo uteretur. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 441. et 442.

METIUS Marullus vir fuit Graecus, ac Gordiani maioris Caesaris pater, ex Olbia uxore. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 442.

MUNDOS appellavit Novatianus haereticus omnes sui dogmatis assectatores. Sab. ab urbe condita l. VII. Enn. 7. fol. 444.

MARTIANUS, et Heraclianus viri fuerunt Romani, et Galienum Caesarem obtruncarunt. Sab. l. 7. Enn. 7. fol. 446.

MUSTUM quo recens toto anno biberetur, Galienus Caesar monstravit. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 446.

MARTINOPOLIS Mysiae fuit urbs circa quam Claudius Caesar, qui Galieno successit, Gothos ingenti praelio superavit. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 447.

MARCOMANI populi sunt Germani, licet Galliis eos Eutropius ascribat. Enn. VII. fol. 447

Ex Sab. ab orbe condito.

MEDICVM Aurelianus Caesar aegrotus nunquam vocavit, sed inedia curabat, se. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 448.

MANIA fuit regina Sarracenorum, quae cum rem Romanam frequentibus praelijs attrivisset, Arabico, Palestinoque litori infesta, ea demum conditione arma exuit, ut Moses Arabum praecipua sanctitate insignis suae gentis Antistes crearetur. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 457. fuit hoc Gratiano Imperante.

MAZA olim Cappadocia nuncupata est. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 459.

Ex Volfgango Lazio de rep. Romanorum [illegible]

Notarius [illegible] fuit, [illegible] Pontifice [illegible] [illegible]

[illegible]

Notarii scriniis praesidebant, unde Sidonius Apoll. in Panegyrico ad Maiorianum Augustum dicto ait.

Pellitur [illegible] hostis.

[illegible] scrinia [illegible]

[illegible] à Maiorano [illegible]

[illegible] numerat [illegible]

[illegible] positione [illegible]

[illegible] Epistolam

[illegible] Epistolam Graecam. Ammia.

[illegible] gradus [illegible]

fuisse attestatur. [illegible]

[illegible] animi

[illegible] aliis [illegible]

[illegible] idem [illegible]

[illegible] Ammia [illegible]

[illegible]

[illegible] Alexandro [illegible]

[illegible] appellat. [illegible]

[illegible] Principes et [illegible]

[illegible] sibi fidelibus, quam [illegible]

[illegible] tractari, ordinarique [illegible]

[illegible] ad hoc praecipue [illegible]

ita vero [illegible] hodie dicatur, quam ab

[illegible] libellis Spartianus in Adriano.

[illegible] epistolis et [illegible] Claudio [illegible] Tribuni

et [illegible] vocantur Secretarii. [illegible]

Notariorum [illegible] [illegible] Post [illegible]

[illegible] dicti [illegible] Prosper [illegible]

[illegible] Tribunus, et Notarius. [illegible] Symma.

[illegible] ad Arcadium Aug. [illegible]

[illegible] Tribuno, et Notario. Aphrodisio

[illegible] Cassiodoro chartarii videntur. [illegible]

[illegible] sic ait. Atque [illegible] Tribun[illegible]

chartariorum suggestione comperta. [illegible] qu[illegible]

Ex commentariis Lazii.

officii praefectus est digna veneratio, ab illa dici Chartarii te volumus nomen adipisci. Claudianus poëta fuit notariorum Tribunus, ut haec inscriptio, quae Romae est, innuit.

CLAVDII CLAVDIANI

CLAVDIO CLAVDIANO V. C. TRIBVNO. NOTARIOR. INTER CETERAS INGENTES ARTES PRAEGLORIOSISS. POETARVM D. D. N. N. ARCADIVS ET HONORIVS FELICISS. AC DOCTISS. IMPP. SENATV PETENTE STATVAM IN FORO D. TRAIANI ERIGI COLLOCARIQVE IVSSERVNT

Notarii consules, ac Praefectos praetorio creatos fuisse Ammianus Marcellinus l. 18. refert. Utque celerius, inquit, effectum negocii totum faceret, per Gragiacius [illegible] notarium, post Praefectum et Consulem, Aratorem monuit ducem, ut cum undique altum esset silentium, id arripere conaretur. Item 22. libro, Statuit nequaquam anteviri extra confinia movere Gallonum adusque Remos progressus, solicitusque super Africanum [illegible] peteretur. Dulcantium postea consulem, tum notarium ad eam tuendam ire disposuit, et rursus [illegible] praegit, omnes Sophronium [illegible] cursu praetergressus tunc notarius, postea Praefectus Constantinopoleos. Vopiscus in Carino ait, Cesarem [illegible] fecisse unum et cancellarii fecit Praefectum Urbis. Et Symmachus primo epi. ad Theodosium Aug. Ad haec, inquit, Fulgentius vir clarissimus, et notarius conuentor adiecto urbanis sedis asseruit. Militantes vocabantur notarii, qui sequebantur castra, et magistrum militiae

Ex commentarijs Lazij

militiae scrinia curabant. Ammianus lib. 9. Tunc
et Bassianus, inquit, procerum genere natus, nota-
rius militans, inter primos quasi transgressus
altiora conatur. Item l. 30. Faustinus, inquit,
Iovani Viventij filius, notarius militans probo
negocium spectante carnificis manu peremptus est.
Sidonius Apoll. in epl. ad Aquilinum. Principi
ait Honorio tribuno, notariisque militantes fata
conditae peregrinantes, ut inter eos nimia fuerit
causa [illegible]. Vegetius lib. 2 [illegible] Librarios
appellat. Librarij, ait, ab eo quod in libros
referant rationes ad milites pertinentes. Fuere et
Notarij Decurionum in colonijs et municipijs,
atque in Senatu Romano, qui Scribae [illegible]
les dicebantur, [illegible] grammatei, vel
Scribae [illegible] Suetonius in Claudio
Drusi mortem [illegible] inquit, per mu-
nicipiorum coloniarumque primores suscipienti-
bus obviaque scribarum decurijs ad urbem deuectum.
Notarij etiam fuerunt Praetoriorum. Marc.
[illegible] hoc, inquit, claruit fraude
potius quam [illegible] commissa, quod cum
idem Caesar [illegible] usu [illegible] auidam,
ut barbam [illegible] dedisset aliquid cuie
[illegible] calumnijs adpetitus est. Gaudentio
tunc notario ad explorandos actus eius mode-
rato per Gallias, quem postea interfici iussit.
Notarij secretariorum inde nomen sunt adepti,
quod Principes illos ad secreta adhiberent
Vopiscus in Aureliano. Incidit autem, ait, ut Se-
vero feliciter agunt, ut Mnestheum quendam, quem pro
Notario secretorum habuerat, libertum suum infen-
siorem sibi minando redderet. Cassiodorus l. vi.
variarum, ad secreta notariorum et magnificentiam

hui

Ex commentariis Lazii

Similiter prudenciam illi uerbis alludit in formula notariorum.
Non est, inquit, dubium declarare subiectos Principis
secreta, dum nullis affirmabantur necessaria posse
committi, nisi qui fuerint magna fide solidati.
publicum est quidem omne, quod agimus, sed
multa non sunt ante facienda, nisi cum fuerint
Deo auxiliante perfecta, quae tanto plus debent
occuli, quanto amplius desiderantur cognosci. Re-
gis consilium solet desiderari scire gravissimas, imi-
tari debent armaria, quae continent monumen-
(~~tam~~) chartarum, ut quando ab ipsis aliqua in-
structio quaeritur, tunc loquantur, totum aut
dissimulare debent, quasi nesciant scientes. Non
ad quae, inquit, ~~notarii~~ ~~rogitabantur~~, sed quando
te probatis moribus institutum cernat,
bona conuersationis sollicitudo iure respexit.
ab illa Inditione Notarium te nostrum esse
censemus. ut ordine decurso militiae ad Pri-
micerium feliciter peruenias summitatem, hono-
nor, qui efficit senatorem, cui Patrum aula
reseratur. additur et perfuncti labori aliud
munus, ut si quo modo uacu illustratus uel
uacantem meruerit, peractis omnibus de-
beat antepone, qui codicillaribus illustratibus
probantur ornari.

NOTARIORVM schola, monumentique huius
mentionem faciens Cardin. Farnesius Romae
inuenit, ut Lazius (cap. XIII. lib. 4. antiq.)

C·AVILIVS LICINIVS TROSIVS
CVRATOR SCHOLAM DE SVO
FECIT DEBRIX SCRIBIS LIBRA
RIIS ET PRAECONIBVS AED. CVR.
SCHOLAM.

Ex Lazio de rep. Romana.

mi. NVNDINAE à nono die sunt dictae quasi Novendinae. à Romanis enim dicuntur institutae, ut dictum, octo rustici opus in agris facerent, nono aut die intermisso repeterent urbem ad mercatum, pro legibus accipiendis, et ut scita, et consulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die proposita à singulis, et universis facile noscebantur. Lazius cap. 3. l. XI.

NOMINA pueris masculis veteres nono die post partum imponebant, foeminis aut octavo. Cur aut non ante diem octavum Romani non imponebant nomina infantibus, causam reddit Plutarchus in problematibus, quia septimum diem cum is egerint, tum ad umbilicum infantibus usque editis periculosus esse consueverit, et in eo plerunque resolvatur. et Aristot. VII de animalibus dicat animalia plerunque ante septimum diem interire. Lazius cap. 3. l. XI.

NEMETVM Belgicae oppidum hodie Spira dicitur. Lazius cap. 1. sect. 2. l. XII.

NEMUSCULUM germanicè Auam dicitur, hinc multae civitates in hanc ditionem finiunt, quales sunt Marcodava, Utidava, Argidava, et Singidava. Lazius cap. 3. sect. 2 l. XII.

NOREIAE victoria Lazius hanc inscriptam esse attestatur Lazius cap. VI. sect. 4. l. XII. in aedibus Damilis Rothi civis Celeiae oppidi

MARTI
HERCVLI
VICTORIAE NOREIAE.

Ex Lazio de rep. Romana.

HOARUS est fluvius Pannoniae Savia [?], qui Dobra dicitur hodie ab Gilurnit [?]. Lazius cap. 3 sect. V. l. XII.

HATISO fluvius Foroiulij est, ac oppidum Gradiscam praeterlabitur. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII. lege supra diffusius in litera G. ubi haec dictio incipit. Gradisca oppidum Foroiulij

HOREIA Foroiulij oppidum est, quod nunc Goricia dicitur. Lazius cap. 2. sect. VI l. XII. Horeia insuper, ait, antiquum situm vel nomine testatur, vel quod intra Horeiae (mediterraneum dico) limites, vel Horiceam [?] coloniam saltem extiterit, quemadmodum et Forojulium Carnorum, et Aquileia Tauriscorum [?] Plin. et Strabo nominaverunt. Horeiae situm nomine indicat, quam Strabo l. VIII. describit de Aquileia loquutus. Ad eam, inquit, fluminis adverso emporij navigatur navibus per Natisonem fluvium plus stadijs sexaginta. Extra Italiae fines Aquileia est flumine ab alpibus descendente distributum [?], per quod sursum cursus navigatur stadijs mille, ac deinde ad urbem usque Horeia, ubi Cn. Carbo contra adversus Cimbros signis infestis [?] collatis discessit. Equidem si hodiernum situm quis consideret, mille ac ducentis stadijs supra Aquileiam haud procul a Gradisca, quae a Venetis recens condita est, Goricia occurrit, a qua comites cum vicinia longe potentissimi et Romani imperij Ornagio [?] Palatinique [?] cancellarij nomenclaturam usurpant, quam non Goritia, sed Horicia a vetri vocabulo dicta fuisse tempa-
tur

Ex Lazio de rep. Romana.

tur Epistola Beltrami Patriarchae scripta Vildino capitulo Aquileiensi Decano imperante Carolo. Cum autem, inquit, Horicianus Comes adiuvantibus Comitibus Curictanae insulae (Veglam vocant) Georgium Quinum vectigalem nostrum aggressus esset, mox factis cum eo induciis, in agrum nostrum hostiliter contenderit, nos nostris auxiliaribusque Caroli, et Joannis copiis coniunctis contendimus diebus ibi decem commorati inde castra Horiciae sacratissima nativitatis nostri [illegible] [illegible] hinc direptis hostibus recedentes Belgradunum cepimus. Haec ille de Horicia, et Horicianis Comitibus ex epistola Beltrami Patriarchae. accidit enim litera H in G. literam aspiratam a barbaris Sclavis praesertim eius agri colonis conversa, ut hodie Goriciam, et Goricianum comitatum passim pro Horicia appello Goriciam quam Horiciam fuisse omnino asserimus. cuius et Caesar [illegible] com. Gallici belli mentionem facit in haec verba. Persuadent Rauracis et Tulingis, et Latobrigis finitimis, uti eodem usi consilio oppidis suis, vicisque exustis, una cum his proficiscantur. Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant, et in agrum Noricum transierant, ~~Horciamque oppugnarant~~ Horciamque oppugnarant, receptos ad se socios sibi asciscunt. commemoratur hoc et à Plinio municipium l. 3. cap. [illegible] cum de finibus Istriae loquitur. In hoc situ ait per ora interiere Iramine, Pellaon, Pasiacum, ex Venetis Atina, et Caelina, ex Carnis Segesta, et Ocra, et in Tauriscis Horcia. et ab Aquileia ad XII lapidem deletum oppidum invito etiam senatu. reperitur hoc nomen Civitatis et in monumento quodam Celeiae reperto his verbis

MARTI
HERCVLI
VICTORIAE NOREIAE

Ex Sabellico ab orbe condito.

NUBENDI facultas uirginibus Scytharum no[n] datur prius, qua[m] hostem peremerat. Sabel. p. fol. 4.

NILUS in Mauritania (ut aliqui uolunt) habet fontes. Scriba uero sacrorum Mineruae pecuniarum Herodoto in urbe Sai narrauit duos esse montes inter Syenem urbem Thebaidis, ac Elephantinam Crophin, et Mophin, ac in medio eorum esse Nili fontes immensae altitudinis, diuersaque inde abire flumina. ad septentrionem eum, qui idem esset et Nilus, alterum Aethiopia[m] uersus ad meridiem. Africa[m] Nilus ab Aethyopia diuidit. ac medios Aethiopas secat cognomine Astapus quasi e tenebris fluens. insulas multas efficit. ac inter alias Meroen. receptis inde omnibus in unum alueum aquis Nilus incipit nominari. etsi tu[m] quoque Cynsanthes per aliquot millia passuum ab accolis dicatur. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XIIII.

NUPTIAS primus Cecrops rex in Attica inuenit, ac ideo bifrons dictus est. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XIIII.

NISA mensis Aprilis ab Hebreis uocatur, ab Aegyptijs Parmuthi, a Macedonicis Xanticus. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 15.

NAVIGATIONEM primus Neptunus inuenit, et classem instituit. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21. lege diffusius in C litera, ubi haec dictio incipit. Classem primus.

Ex Sabellico ab urbe condito.

NVMERANDI certam rationem Sidonij Phoenicia populi repperere. Id est scientiam sydonum, et arithmeticam. Sab. l. 4. Enn. 1. fol. 25.

NYSA Iudiae urbs à Baccho Aegyptio condita est. Altera urbs Nysa in Aegypto est à Baccho Thebano Semeles filio excitata est. Sab. l. V. Enn. 1. fol. 26.

NOMINA inter se discreta nō habent Atlantes Lybiae populi. Sab. l. V. Enn. 1. fol. 31.

NOBEA fuit urbs Palestinae, quam rex Saulus incendit, quòd Abimalechus sacerdos ibi Davidem hospitatus est, occiso Abimalecho ipso, et octogintaquinque sacerdotibus. Sab. l. VIII. Enn. 1. fol. 48

NABLA instrum. XII uocum est, quod David rex hymnis, trimetris, ac Pentametris, uocem citharae Decachordi adiecit. Sab. l. 9. Enn. 1. fol. 53

NVMMVM Theseus Athenis percussit primus, et bovis figura signavit. Sab. l. VI. Enn. 1. fol. 35

NVMMVM aureum, et argenteum primi omnium Lydi percussere. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 67.

NEMESIS templum Adrastus primus condidit. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 80.

NOVELLA civitas fuit Latinorum, quam Martius Coriolanus cum Romanos duceret expugnavit. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 119.

NATATOR optimus adeo fuit Scyllias Sycionius, ut ab Aphetis ad Artemisium octoginta stadia sub aquis natauerit. Sab. l. 2. Enn. 3 fol. 130.

NORTIA dea fuit ab Hetruscis culta, et in eius templo (Vulsiniis) clauos annorum indices figi solitos tradidit Liuius. Sab. l. 3. Enn. 4

NUMERUS a Minerua repertus est, in templo cuius ideirco l. ex claui figendi posita. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 198.

NEGOCIO in proprio minus homo sapit, quam alieno, ut Cobares Medus ad Bessum Bactrianae ~~Persarum~~ regem dixit. Sab. l. V. Enn. 4 fol. 222.

NUPTIAS populi Macedoniae ita iniri dicuntur: panem siquidem sponsus et sponsa diuisum libant, hoc foedere Alexander magnus Roxanes filiae cohortandi Satrapis matrimonium adeptus est. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 227.

NYSA Indiae urbs ad radices montis, qui Meros dicitur, sita est. Meros lingua Indorum Femur latine significat, unde fabula de Baccho ex Iouis femore orta est. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 228.

NORA Indiae urbs est, quam Polypercon Alexandri magni dux ui cepit. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 228

Ex Sab. ab urbe cōdita.

HORITAE populi sunt Indiae oceanum accolentes, quos Alexander magnus subegit. Sab. l. VI. Enn. 4 fol. 230.

HUTUMHAE, Ausona, et Vestina urbes Ausonum Italiae populorum fuere. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 234.

HORA urbs est in finibus Phrygiae, ac Lycaoniae, quò Eumenes ab Antigono ductus confugit se. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 237.

HUBENDUM esse supra naturam Demetrio regi Antigonus pater ait, cum locum ostenderetur. id Antigonus Demetrio fertur dixisse, cum Philam Antipatri filiam aetate iam grandem uxorem abnueret. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 242.

HYMPHAEA urbs Macedoniae fuit, quam Pyrrhus Demetrio ademit. Sab. l. VIII. Enn. 4 fol. 244.

HUMMUS argenteus Romae primo percussus est, cum Picentes hostes novi sunt facti. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 252.

HEAPOLIS uocatur arx Panormi urbis Siciliae. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 256.

HEREIS filia fuit Alexandri regis Epirotarum et Olympiadis eius uxoris, quae Geloni Hieronis Syracusanorum regis filio nupsit. Sab. l. I. Enn. V. fol. 262.

C
P
R
S
V

Ex sab: ab orbe condito ...

NILO uir fuit, qui Laodamia Alexandri regis Epirotarum ex olympiade uxore filia interempta, Epirotarum subito furere captus nec ferro, nunc lapidibus in sanctissimo saeuiens parricidij dio extinctus est. Sab. l. p. Enn. V. fol. 263.

NOLA Italiae urbs est, apud quam Romani Marcello duce cum Annibale carthaginensium duce dimicarunt, et ex Romanis unus tantum, ex carthaginensibus duo millia, et trecenti cecidere. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 280.

NYMPHEUM Epiri, seu Macedoniae oppidum est, ubi petra est ignem uomens, et fontes tepida aqua, et bitumine scatentes. proxima tumulo metalli effossiones, quibus locis quicquid exciditur, temporis spacio natura fecunditate reponitur, terraque fossis ingesta in bitumen transformatur. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 285.

NEAPOLIS locus celebris est Syracusanae ciuitatis Siciliae. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 287.

NASUS insula est ciuitatis Syracusanae. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 287.

NOBILIA fuit urbs oretanorum Hispaniae populorum, quam M. Fuluius Praetor ui cepit. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 331.

NOBILITATEM C. Marius VII. consul aiebat in homine spectari non oportere, sed uirtutem. nam si prima origo hominum spectanda sit, natura communem omnium matrem habenda, et ... issimum quemque dici uero, ac esse nobilem ... multo quam

Ex Sab. ab orbe condito.

multoque pulchrius hominis suis nobilitatem parare, quam à maioribus partam per ignauiam, et scelus corrumpere. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 345.

HVMIVS uir Romanus fuit, et ab Cn. Apuleio Saturnino tribunatu petijt, cum uero Humius tribunus esset creatus, atque è campo se domum reciperet, iussu Saturnini manu sicariorum immissa fuit obtruncatus, quod ab eo comitialibus diebus publice fuisset criminibus lacessitus. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 349.

NECESSITAS timidos facit fortes, ac sola cogit audere omnia. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 361.

HERVII Belgiae populi fuit, et hodie Tornacenses appellantur. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 371.

L. HASIDIVS à Pompeio cum XVI. nauibus ad ferendam opem Massiliensibus contra Caesarianos missus est. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 382.

NVBERE ne patirent Romani mulieres ante decimum mensem, ab interitu mariti ex more patrio. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 361.

NVMESIS uir fuit Parthus, et Antonij datis patinus, qui M. Antonium triumuirum per loca montana duxerit, ne ab exercitu Parthorum interciperetur. Sab. l. [illegible] Enn. [illegible] fol. 400.

C P R S V

Ex. Sab. ab urbe condito.

M. NASEIUS uir fuit Romanus; et partes M. Antonij triumuiri secutus est; ac mediam classem Antonij ad Actium Epiri promontorium contra Octauium Augustum cum M. Octauio tenuit. Sab. l. [illegible] fol. 404.

NERONEUM Imperator Nero Aprilem dixit, et NEROPOLIM Romam uocare in animo habuit. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 418.

NEMESIS quedam uir Fortuna dicitur, qua hominum cruore placabatur, hinc munus gladiatorium ab ijs, qui ad bellum proficiscebantur, institutum aiunt, uel ut Nemesis placaretur, uel Tyrones oculis se ad bella conformarent cruori, et uulneribus assuescerent. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 443.

NATISO fluuius is est, ad quem Maximinus Caesar petens Aquileiam profectus est XII millibus ab ipsa urbe distantem. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 443. Maximinus, inquit, legatis ad se remissis ira accensus Aquileiam uersus ferebatur, cum ad XII millia passuum ab urbe in amnem incidit uberius solito fluentem alpinis niuibus uerno tempore liquescentibus. Natisonem fuisse crediderim. lapideum pontem, qui fluuio erat impositus, Aquileienses ad primos hostium conatus infringendos de industria diruerant.

NOTARII ab Anthero Pontifice XIX fuere constituti, ut res martyrum scriberent, et sacrario ecclesie inferrent. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 443.

NATAVIT inquino [illegible] Firmus Seleucius [illegible] crocodilos adipe crocodili unctus. Sab. [illegible] Enn. VII. fol. 448. lego diffusius in [illegible] clausula incipit. Firmus uir fuit,

Ex com. Lazij de rep. Romana.

OPTIO minister rerum Privatarum Centurionis est. Festus grammat. Sed in re militari (ait) optio appellatus is, quem decurio, aut centurio optat sibi rerum privatarum ministrum. Varro l. 4. de lingua Latina. Quos (inquit) administros sibi ipsi optabant optiones vocari coepti, quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt. Accensus, administer, adiutorque eius, alias vocabatur, inchoato aut imperio Supernumerarius, Vicarius, ac Vicarius dictus est. Lazius cap. x. l. 4.

OPPIDVM Car Unni vocabant, unde Procopius l. 2. in historia Persarum tradit Unnos Sabiros nuncupatos à dictione ipsa. Lazius cap. 2. sect. 2. l. XII.

OSOPI mentio fit hac inscriptione, quam Lazius cap. VI. sect. 5. l. XII. esse attestatur in fundamento domus calciarij Celeiae.

IMP. CAES. AVRELIO C. DIORIO CIV. INVIC. AVG. PVP. POT. P. P. R. OSOPI.

OTELIVS Styriae fuit comes. Lazius cap. III. sect. VII. l. XII.

Ex sabellico ab orbe condito.

Ogyges fuit, rex, ac conditor Thebanae ciuitatis Boeotiae. ac sub eo fuit diluuium ignobilius, tertio illo, quod sub Deucalione accidit, atrocius, tamen illo, quod Deucalion passus est. Sab. fo. 2. Enn. 1. fol. VIII

OBLIVIO hebraice dicitur, unde Josephus Israelis filius nomen filio imposuit. Sab. l. 1. Enn. 1. fol. X. lege supra in litera M. ubi haec dictio incipit Manasses.

OMERA uiri Aegyptii fuit capite, lineamentis foeminae. Sabell. l. 3. Enn. p. fol. XIIII.

Orientem Graeci terras superas uocauere, occidentem aut infernas, unde aiunt Jouem a patre coeli sortitum, Plutonem aut inferna. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21

ORITHYIA Erechthei regis filia a Borea fuit rapta. lege diffusius supra in litera B. ubi haec dictio incipit Boreas.

ORACVLI originem Ephorus ad Phoebum, et Themidem retulit, qui humani generis commodo consultum, eum ad mansuetiorem uitam mortales prouocauerit, moresque uellent ex omni parte castigatam iri. factum est, ut quibusdam mihi consulentibus ipse certum dederit responsum quaedam per edicta mandans, quaedam omnino prohibens. plerosque non admittens quidem. atque in hunc maximo modum institutam fuisse ait religionem. Sab. l. V. Enn. p. fol. 25

OLYMPIVS tutor fuit Jouis, quem ab eo Olympius uocatus est. alii malunt a loco Elidis regionis nominabat, ubi certamina in eius honorem fiebant. Sab. l. V. Enn. p. fol. 27.

Ex Sab. ab orbe condito.

OBTRVNCARE dicunt Scythae Pata,
virum aut Aeor, unde Amazones Aeorpata,
hoc est, viricidas nuncupant. Sab. l. v. Enn. 3. fol. 30.

OEDIPODES sive Oedipus Laij Thebani
fuit filius, et ita vocatus est, quod pedes
habuerit à patre perforatos. Sab. l. vij. Enn. 3
fol. 39

OBLIVIO cepit omnes, quos Saulus rex
misit ad ducendum Davidem ad se, ut illum
interficeret, ac divinationi operam dabant.
Sab. l. viij. Enn. 3. fol. 98.

OCVLVM Dorij optilum vocarunt, unde
OPTILETIS minerva dicta est, cui
Lycurgus templum fecit, dum Alcander illi
oculum baculo emisisset. Sab. l. 3. Enn. 2
fol. 62

OBSESSA per annos XXX. fuit Azo-
tus Civitas Syriae à Psammetico Ae-
gyptiorum rege. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 81.

OCII, et desidiae convictos Draco Athenien-
sium legislator morte mulctabat. Sab. l. v.
Enn. 2. fol. 86. eodem supplicio turbabantur, qui
olera, et fructus ex alieno pradio abduce-
bant. Sab. ibi.

OSCVLO aequales, ac noti Persarum, quando
sibi occurrunt, excipiunt sese. Sab. l. vi. E.....
osop. ibi. verbo est Alhesegotaulia, quam Tygris
Praterlabitur. Sab. l. vi. Enn. 2. fol. 91.

Ex Sab. ab orbe condito.

ORBIS totius ambitus, maria, ac flumina circum errantia erant incisa in tabulis aereis, quas Cleomeni Spartae regi Aristagoras Milesius attulit. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. CXII.

OLEA quondam in sola Attica fuisse traditur. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. CXII.

ORBA, et Velitrae coloniae à Romanis eo anno deductae sunt, quo Martius Coriolanus exulavit. Sab. l. IX. Enn. 2 fol. 118.

OPIMA spolia ea nominantur, quae dux duci detrahit, nec dux nisi is, cuius auspicijs res geritur. Romulus opima spolia Iovi Feretrio primus suspendit. secundo Corn. Consul. Sab. l. X. Enn. 3 fol. 149. ubi ait Au. Corn. Tribunum militum obtruncato Larte illa intulisse.

OENONE oppidum in finibus Euboeae, et Atticae fuit. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 155.

OPTIMATES uocantur ij, qui opibus, et nobilitate pollent. Sab. l. VI. Enn. 3 fol. 169.

ORATIO apud strenuos milites breuis esse debet, immò superuacanea est. Sab. l. VII Enn. 3. fol. 64.

ORARE sum esse sacerdotes coronis dixerunt non aut deuouere, aut execrari. ac ideo Alcibiadem noluerunt execrari, aut deuouere. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 169

Ex Sabellico ab orbe condito.

OPERA sive quasti est natura gravis, ita sumptur sive opera, sicuti Ap. Claudius Trib. pl. Veionum obsidionem durantibus [illegible] sub pellibus factam ait. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 177.

OBOLI fuerunt ferrei ueriuculi quibus plerique mortales pro nummis usi sunt, prius obeli, postea oboli mutata litera uocati sunt. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 181.

ODIO Phocensium tanto Boeotiorum animi exarserant, ut suarum cladium obliti [illegible] mallent quam eorum, quos infense oderant, incolumitatem pati. unde Boeotij Philippum regem Macedoniae sunt precati, ut Phocenses bello persequeretur. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 205.

ORDO militaris continebat milites sexcentos apud Romanos, utpote qui uexilla sua complectebatur. Legio aut primo quatuor hominum millia postmodo quina millia, et postremo senamillia, et amplius. Vexillum aut milites habuit centum octoginta tres. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 207.

ORPHEI statua quae Libethris erat, nimio sudore manauit Alexandro magno Delphicum oraculum sciscitante de euentu expeditionis, quam in Persas erat facturus. statua haec fuit ex cupressu, et cum plerique interpretarentur id laborem, et difficultatem ipsius expeditionis, Alexander ait expeditionem hanc multum laboris poetis et scriptoribus allaturam. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 210.

P R S V

Ex Sab. ab urbe condita.

OCVLORVM dolores pu͞ellas ~~esse~~ Persicas Alexander magnus esse dicebat. Sab. l. 7. Enn. 9. fol. 213. b.

OFFILIVS Acalanius uir fuit Campanus genere admodum clarus, qui Romanos ex Caudina ignominia moestos intuitus silentesque dixit se opinari silentium illud, fixosque in terram oculos, et quod aures ad oia solatia obsurduissent, inuerecunda lucis pudorem esse, ingentemque irarum molem agitantis animi indicium. Haud se multum opinione falli breui futurum ut Caudina uictoria inexpectatum afferret Sanitibus luctum, tristioremque eius rei euentum ipsis, quam Romanis futurum. Sab. l. 7. Enn. 9. fol. 225. b.

OCIVM reges plurimi adeo uitarunt, ut opera quedam ingenij exercitandi cā effecerint. Demetrius rex inter arma, et uoluptatem naues, ac bellicas machinas aedificauit. Europus Macedonie rex Abacos, et lucernas ingeniose fabricauit. Attalus rex post Demetrium cicutam, et aconitum, aliasque perniciosas herbas plantare in hortis solebat fructusque percipere. reges Parthorum iacula, et cuspides cōficiebant. Maumetes othomanus turcarum Imperator cum solus esset, ligulas, et cochlearia eclaro cōficeuit, aut imagines delineare. Sab. l. 7. Enn. 7. fol. 243. b. De Attalo idem Sab. l. 9. Enn. v. fol. 336.

AQVILVM Delphicum quale fecerit Sab. l. VII. n. 4. cernit loco diffusius in libro B. ubi hac clarius egit Brennus rex. b.

C. Sab. ab urbe condita.

OLYMPVS Ciliciae fuit urbs, quam P. Servilius Isauricus in cepit. Sab. l. 4 Enn. 6. fol. 358.

OCCASIO rerum est gerendarum mater, ut Mithridates ponti rex militibus contra Romanos comparatis dixit. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 360. Idem l. 3 Enn. VII. fol. 422.

ORCYNIA dicitur ab Heratosthene, et alijs Graecis sylva, quae à Latinis Hercinia vocatur. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. ~~…~~ 377.

ORATORVM attributa propria sunt in E. litera descripta; ubi hac clausula incipit. Eloquens ita fuit M. Cicero.

OPITERGINORVM cohors amisso in navali praelio duce ~~Octavio Dolabella, qui fuit à~~ C. Antonii Caesaris legato in Illyrico qui fuit ab Octavio, Dolabella Pompeij duce superatus ~~superatus~~, ne viva in potestatem veniret, mutuis se vulneribus confecit. Sab. l. VII. Enn. VI fol. 383.

OBLIVIO ab Atheniensibus Amnistia nuncupata est, Trasibulus apud Athenienses Offensarum omnium eam suadebat. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 389.

ORIGENES sub Zepherino Pontifice XVI. claruit, ac Severo Caesare. patrem quo ad martyrium hortatus est. domestica inopia pressus grammaticam docuit, ut matri viduae, et sibi victum quaereret. mirum est, quid de huius ingenio traditur. nulla fuisse lingua, nullum literarum genus quod Origenes non calluerit. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 4

[illegible]

Ex Sab. ab orbe cond. edita

OFFELLAS Cyrenaeorum fuit rex, ac cum Agathocle tyranno Siciliae in Africa exercitum Gallorum foedus percussit, et cum ingenti exercitu ad eum profectus est. Agathocles autem cum offellam contra [illegible] obtruncauit, eiusque exercitum occupauit, quo res Carthaginensium deleuit. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 249.

OLYMPUS, ac Eua duo sunt Achaiae colles, ubi Antigonus rex Macedonum Cleomenem ducem Lacedaemoniorum fudit fugauitque. Sab. l. p. Enn. V. fol. 264.

OHUSTA urbs est Hispaniae, quam Cn. Scipio in cepit, ac diripuit. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 271

ORBITANUM ciuitas fuit Samnij, quam Q. Fab. Max. consul in cepit. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 283.

OBOEDIENTES adeo magistratibus Romani fuere, ut cum Q. Fabius Max. filio consuli legatus esset datus, et equo sedens ad illum pergeret, monitus a lictore, ut de equo animaduerteret, ac equo descenderet, oboediens dicto senex fuit, inde ad filium conuersus, experiri, ait, fili, an satis scires te esse consulem. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 285.

OPPIA lex a M. Oppio lata est, ut nequa mulier plus semuncia auri haberet, neu uestimento uersicolori, iunctoque uehiculo, nisi sacrorum causa uteretur. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 308.

OETHAE montis iuga altissima Callidromum Rhodontia, et Thicus uocatur. Sab. l. 7. Enn. fol. 313. lege supra diffusius in litera C ubi meminit. Graeca iuga montium.

Ex Sab. ab orbe condito.

L. OPITERGINUS. Minius Cerrinius, Atinius Faliscus, et M. Catinius antistites sacrorum in Bacchanalibus Romae fuerunt. eos Posthumius Albinus consul ob flagitia, quae faciebat, neci dedit. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 319 lege diffusius in litera. B. ubi haec clausula incipit, Bacchanalia ex Hetruria.

ORDOPUM in finibus Boeotiae fuit oppidum. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322.

OBLIVIO malorum omnium praestantissimum remedium est. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 328.

OBLIVIO Lusitaniae fluvius est, qui ab Hispanis Lethe appellatur. D. Junius copias huic fluvio admouit. et cum milites subita religione compulsus cogi non possent, ut eum vadarent, dux signum proiecit in ripam ulteriorem. in quo repetendo a paucis primo, mox ab universo exercitu superatus est. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 334.

ORATIO, et actio Tyb. et C. Gracchi fratrum diversa fuit. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 335. Sed lege in litera V. diffusius, ubi haec clausula incipit. Uxor Sempronij Gracchi Cornelia fuit.

Lucr. OFFELLA vir Romanus fuit, et unus ex ducibus Syllae, Marianumque iuniorem in Praeneste urbe obsedit, aggressitque. Sylla ipsum Offellam medio foro interfecit, quod eo invito in petitione consulatus perseverasset. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 345. 346.

OSCA. fuit urbs Hispaniae, ubi Sertorius nobilissimos eius terrae adolescentes Graecarum, nostrarumque literarum praeceptoribus instituendos tradidit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 358.

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana.

Pontus vocatur [illegible] à rege Polemone qui Pontum in ius provinciae à Romanis redigi permisit. Lazius lib. [illegible] cap. [illegible] fol. 56.

Praetores vocabantur omnes magistratus, ut Victorinus ex Pomponio iurisconsulto [illegible]. Notare debemus omnes magistratus Praetores appellatos. [illegible] quo tempore L. Sextius primus ex plebe consul creatus, fuit Camillus primus Praetor urbanus, qui ius in urbe [illegible] [illegible], mox unico Praetore non sufficiente, quod multi peregrini in Civitatem venerunt, alius creatus est peregrinus, eo quod plerique [illegible] dicebatur. [illegible] Sardinia, [illegible] Praetores quot provinciae [illegible] erant, partim qui [illegible] praessent. [illegible]

Lazius cap. [illegible] fol. 274.

Praefectus Praetorio Illyrici orientalis Clarissimus dicebatur, ac sedem habebat in Thessalonica. Illustrissimus, et Spectabilis vocabatur Praefectus Praetorio, [illegible] Italiae, Africae, ac [illegible] Illyrici occidentalis [illegible] Perfectissimus appellabatur [illegible] Praefectus Praetorio [illegible], ac orientis. Lazius cap. 1. l. 2.

[illegible] quod valvis figebatur [illegible] Gallicanus in Avidio Cassio. [illegible] in eadem [illegible] ad signa edici iussi, et [illegible] in parietibus fixit, ut si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, [illegible] rediret. [illegible] ad [illegible] Romanum. Atque idem, [illegible] edictali programmate definimus, ut si [illegible] in [illegible] [illegible] atque [illegible] idem, ait, edictali programmate [illegible]

[illegible]

Ex com. Lazij de rep. Romana.

Praetores, ac Proconsules idem fuisse Juresconsulti aiunt in l. patri pro filio § 1. ff. de minoribus. Item in l. in heredem ff. de dolo malo, et in l. secunda § donandi cum placuisset. Lazius capite 1 l. 2

Parochus uocabantur a Romanis, qui publico cursui mansionum praefecti: qui et equorum dispositores, et cibum currentibus praebebant. hodie inferiores Postae magistri nominantur. Pomponius Laetus in Castellis Parochias uocat villas, et agros datos militibus pro augmento imperij conseruandi, qui necessaria suggererent, quoad uiuerent. Lazius cap. 14 l. 2.

Parochus etiam significat Paranymphum, qui ad aedem mariti sponsam ducebat. autores Suidas et Pausanias. Lazius ibi.

Pastus apud ueteres frumentationis genus fuit, quod Primipilo dabatur. hoc est, centurioni summo. hinc aeditui a D. Hier. et Apuleio Pastophori dicti sunt. Lazius, cap. xvj l. 2

PAPIRIVS PAPIRIANVS TERGESTI epitaphium habet, lege infra in littera T. ubi hoc dictio est Tergestum Ciuitas Istriae.

PERSIS cognomen fuit foeminae Romanae, quod illustrissima constat huiuscemodi, quae Viennae Austriae Lazius cap. 9 l. 3 esse attestatur.

P. CLAVDIO PALLANTI HONORAT. REPENTINO ADLECT. INTER TRIBVNITIOS LEG. PR. PR. PROVINCIAE AFRICAE PRAETORI LEG. HEMADIOSI

ET

Ex com. Lazij de rep. Romana.

ET LVCRETIA PERSIS FILIO PIISSIMO

D. P. [illegible] D. [illegible]

PHILETVS uir fuit Romanus, sicuti Lazius hac inscriptione in aede S. Mariae Romae ciuitatis existente attestatur.

D. M.

PHILETO ET MOSCHIDI QVOD VOLVSIVS VICTORINVS FECIT PARENT. SAPIENTISS. SIBI LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM ET COMINIAE IANVARIAE ET MIRAE BONIO HESPERO AMICIS BENEMERENTIBVS IN AMBITV PRAESSIA IN FRONTE P. IIII. S.

Lazius cap. ulti. l. [illegible]

PRIMARIA mulier fuit Romana, ut Lazius cap. ulti. l. 3. attestatur hac inscript. Lugduni reperta.

SECVNDINVS ET PRIMARIA MARCELLINA PATRES AMISSIONE EIVS ORBATI P. C. ET S. ~~ASCIA~~ ASCI. PO. C. ET S. ASC.

D D C.

PALI a uetustioribus Valli nominabantur, unde uallum castrorum denominationem habuit, quod palis terrae affixis aedificaretur. Lazius cap. V. l. 4.

Prandium dictum est, quod milites ad bellum paret. Lazius cap. VIII. l. 4.

Pilum id a ueteribus telum dicebatur, quod nunc Spiculum uocatur. Veget. cap. XV. l. 2. per Lazium citatur cap. XV. l. 4

Ex com. Lazij de rep. Romana.

Phalanges, catervas, ac Legiones quot millia armatorum continebant, et quorum praecipua fuerunt lege supra in littera C. ubi haec dictio Catervae incipit.

POLA Istriae Civitas est, Lazius fol. 319

Pola Lazius Dalmatiae Lazius cap. 29 l. V. fol. 698.

PALMATII a Romanis equites vocabantur. quidam opinantur sic denominatos fuisse a Palmato quodam nobili Equite Romano de quo [illegible] Misceus chronicorum V. fit mentio. Tempore Valeriani in Caesarea Cappadociae PALMATVS habitabat supra regiam, praefectus quorum [illegible] et aliam et divitiam acquisitos, factionis plebis princeps. [illegible] potestas [illegible] alios Lazius cap. 9. l. XVI

PALMATA tunica fuit Romanorum triumphatium et a Palma, hoc est, victoria nomen accepit. ut Lazius [illegible] cap. VII. l. VIII. Mart. l. VII epigramma.

Palmataque ducem, sed cito, redde toga. Sidonius Apollinaris in Panegirico. Post palma Palmata dicitur. Palmatam vestem Prudentius [illegible]

obellam vocat. inquit enim.

Quin et dibiaci genoisque, et nominis heres Palmatae fastis palmata insignis obella.

Adicitur fastis palmata insignis obolla. Trebell. in Claudio [illegible]. Illa statua Palmata et dicebatur statua posita in rostris, Palmata statua superfixa [illegible]

PROBIANA dicta fuit purpura quae olim Alexandrina. Aurelius Probus Baphiis praepositus id genus muricis reperit, quod ad solis radios igneum repraesentabat, et ideo clarissimae purpurae nomen indidit. Lazius cap. VIII. l. VIII.

PALMATI cervi a Julio Capitolino in Gordianis appellantur. In qua, inquit, pictura etiam nunc continentur cervi palmati ducenti mixtis Britannicis, equi feri XXX. [illegible] Lazius cap. V. l. X.

Ex Lazio de rep. Romana.

PULVINAR, ut inquit Acron grammaticus, erant deorum lectica, aut tabularia, in quibus stabant numina, ut eminentiora viderentur. Lazius cap. 3. l. XI.

PORRIMA, et POSTVENTA fuerunt sorores, seu comites Carmenta matris Euandri, et illam ex Arcadia in Italiam secutae sunt. Ovidius fastorum hoc innuit

Porrima placatur, Postuertaque, siue sorores,
Siue fugae comites Maenali diua tuae:
Altera, quod porro fuerat, cecinisse putatur.
Altera, quod uersum postmodo quicquid erat.

Lazius cap. 3. l. XI.

PATRIA, ut cicero de legibus ait, est et illa, in qua nati sumus, et illa, in qua excepti sumus. Lazius cap. 9. l. XII. Idem plura lin. 4. cap. Assignam. Romana, inquit, clementia non mediocrem amoris appellationis suae donum concessit non solum uiris singulis, sed etiam in uniuersum magnis gentibus. Iberi denique antiqui, et Tyrrheni, Sabinique Romani appellantur. Modestinus Jur. lege Rom. ad municip. Roma, inquit, est communis Patria omnium. Livius VII. Dec. tertiae. triginta, inquit, tunc coloniae populi Romani erant. Ex his XII. cum omnium legationes Romae essent, negauerunt consulibus esse, unde milites, pecuniamque darent. Hae fuere Ardea. Nepete. Sutrium. Circeii. Alba. Carseola. Suessa. Sora. Setia. Cales. Narnia. Interamnia. noua re consules isti & et paulo infra. redierunt itaque

R

S

V

itaque proprie in colonias, et tanquam integra re locuti, magis quam ausi tantum uefas cum suis consulerent, admonerent non Campanos, neque Tarentinos eos esse, sed Romanos, inde oriundos, inde in colonias, atque in agrum bello captum stirpis augendae causa missos. quam liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere, si ulla pietas, si memoria antiquae Patriae esset. Lazius cap. 2. l. XII.

PATRITII, ac Senatores uiri à uetustate Purpurati uocabantur, ab autoribus uerò inclinantis Imperij Honorati. Vitru. in praefatione l. 2. Dinocrates architectus, cum Alexander rerum potiretur, profectus à Macedonia ad exercitum regis, à propinquis, et amicis tulit ad primos ordines purpuratorum literas; Cassiodorus l. 4. uariarum ait Theodericum epistolam scripsisse ad Honoratos possessores, ac curiales Forpopuliensis ciuitatis. Lazius Cap. 2. l. XII.

PAPYRIANUM ius uocantur leges Ciuiles, quae comitijs curiatis erant latae, uel quas Romulus, et sequentes reges pro utilitate curiarum tulere, quae omnes scriptae fuerunt in librum Sex. Papyrij, quo auctore, et ius, Papyrianum leges ipsae nominatae sunt, comitia uerò curiata dicebantur ea, cum populi suffragia pronalebant, Centuriata cum Patritiorum. Lazius cap. 3. l. XI.

PAGUS significat uicorum societatem, ditionem, seu agrum, qui multis uicis constat. dicitur autem pagus à fonte, qui graece πηγή uocatur. duplex pagus est; rusticanus hoc est, domus aliquot rusticanae quae ab uno fonte aquam hauriunt, & alter, qui tractum, seu ditionem significat olim à Germanis

Marca

Ex Lazio de rep. Romana.

Marca nominata. et in hoc significatu intelligenda sunt verba Caesaris in com. belli Gallici. Treuiri aut initiabant pagos antea Suevorum ad ripam Rheni consedisse, in alio vero verba Livii primo belli Macedonici. Templa deum, quae pagatim sacrata habebant, diruit, atque incendi iussit. Attamen in coment. Caesaris ait pagos apud Caesarem significare hominum multitudinem, societatem, ac ciuitatem. et paganos esse fontium aut fluminum accolas, qui vicini tractum tenent.

PAGANUS habet quatuor significationes. capitur enim pro rustico, unde Paganalia rusticorum festa Ouid. in fastis nominat, et Cic. pro domo sua. Nullum aitque est in hac urbe collegium, nulli pagani aut montani. Mart. 14 Epigr. Haec, quae difficilis turget Paganica pluma. quandoque pagani vocantur qui Romae in regionibus, hoc est, vicis habitabant. unde Dion. 4 antiquitatum scribit Romam fuisse diuisam in 4. tribus, quos pagos vocabant, et in quibus licenter pagani ad nullam aliam liceret transferri poterat. Pagani et dicebantur omnes, qui non erant milites. Sueton. in Augusto cap. de Ceptis per eum in effigie. Nam, inquit, et de Equitem Romanum, cui concionanti Seminarium Equitum Romanorum, apud milites subsceribere admissa turba paganorum animaduertisset, curiosum, et speculatorem quidam ratus, coram confodi imperauit. ultimo dicuntur omnes, qui religioni Pagani christianae sunt extra, utpote qui non militent Christo pijssimo humani generis seruatori. Lazius ...

PROASTYNI a Jurecons. vocantur in autor. de fideicom. qui habitant in suburbanis. Mediastyni aut, qui mediam civitatem tenebant, ab Asty, id est, urbe. Lazius cap ... xxii.

PONS Traiani Augusti Danubio impositus qualis. Lege supra in lit. M. ubi hac dictio inscript Marica.

Ex Lazio de rep. Romana

Valma oppidum est Pannoniae, quam irrigat Valco amnis à Valerio Romano municipio denominatur, qui Bacuntio fluvio postea miscetur, ac comitatum Sirmiensem, Valconensemque distinguit. Lazius cap. 4. l. XII

PRISCINVS vir fuit Romanus, sicuti patet inscriptione hac, quam Lazius cap. VIII. sect. 3. l. XII. ait esse ad S. Jo. Styriae loco vicino Struberburgio.

C. SENILIS. V. F. S. ET. D. VALENTINAE
ET C. PRISCINO. ET AVIT. IVSTINAE
F. N. ET GLAMILLIO VALENTINO
VALETE. ET EPF.

PRIMVLA fuit mulier Romana, ut Lazius cap. VI. sect. 4. l. XII. ~~esse~~ attestatur hac inscriptione, quam esse attestatur in pariete domus cuiusdam celeiae oppidi.

MACENA MACEMARI V. F. SIBI ET
PRIMVLAE PRIMI FIL. AN. V.

PATRIARCHAE Aquileienses nonaginta duo usque ad Jo. Grimanum adhuc vivum fuere à Fortunato VIII. incipiendo. Valerianus. Benedictus. S. quirinus martyr apud Sabariam. Fortunatus Afer, qui Sardiniae concilio interfuit. Cromatius, ad quem D. Hier. scripsit. Augustinus. Adelphus. Maximus. Januarius, tempore adventus Attilae. Secundinus. Nicetas, qui ab Hunnis martyr effectus est. Marcellinus. Stephanus. Macedonius, et Paulinus, qui Justiniano imperante Alboini regis populatione fugiens cum thesauris ecclesiae sedem in Gradum insulam ostio Natisonis obtensam traduxit, ubi postea metropolitanam

[illegible]

tanam dioecesim Pelagius Pontifex, et Heraclius Imperator confirmavit.

PATRIARCHAE, qui Gradi sedere post Paulinum sunt hi. Probinus, Helias, secundus contra quem Manichaeam haeresim sectantem Episcopi apud Martianum convenere, ut est apud Diaconum cap. xx libri iiij. Severus Tyberio imperante. Candidianus, cui praerogativam metropolitanam D. Gregorius confirmavit. et Joannes, qui a Gisulpho Duce Forojulij Aquileiae sedi restitutus est. post quem in Cormone sedem Patriarchae habuere.

PATRIARCHAE, qui sedere Cormone sunt hi. Martianus. Felix. Joannes. Petrus. Gregorius quem Diaconus libro VI. cap. 45 memorat, Serenus, et Calistus, qui conjuncto Luco et Amatore Julien. Episcopo expulso sedem in civitatem Austriae traduxit.

PATRIARCHAE, qui sedem habuere in Civitate Austria, sunt hi.

Reginaldus ex stirpe regum Langobardorum. Paulinus, qui a Carolo magno multa privilegia impetravit, atque, ut Sextus, et ad ripam salti monasterium poneret, hortatus est. Fortunatus ob defensum Ludovicum a Ludovico primo (ut scribit Egmartus) in odium vocatur. Urbanus Maxentius, qui Venetum Gradensem metropolitanum in concilio Mantuano subjicit. Venatus. Heidmanus sub Ludovico ~~primo~~ secundo. Lupus, Valbertus, Engelbertus

tur sub Joanne octauo. Fridericus sub Beren-
gario Duce Foroiulij, quo tempore Ungari Fo-
roiulium ipsum deuastabant. Leo, Ursus, Lupus,
Hondelfridus sub Leone primo. Georgius, qui
eodem tempore auxilio Bernardi Ducis Carin-
thiae, ac Gotofredi Moraviae Principis de
Vngaris prope Labacum victoriam retulit.
Sigius sub Othone I. de stirpe comitum à
Ploien, et Peilstayn, qui ditione sua usque
ad Danubium extenderat. Rodoaldus, cui
Leo octauus Othone I. imperatore maxi-
mas praerogatiuas indulsit, et sedem
Aquileiensem à Romana secundam vocauit.
Joannes, et Poppo Germanus, qui Aqui-
leiam rursus sedem transtulit renouata
aede cum collegio canonicorum quinquaginta
dum Corradus secundus imperaret, cuius
erat cancellarius. primus hic Goricienses
Comites Aquileiensis Patriarchatus aduo-
catos constituit, et ius metropolitanum
supra XX. Episcopos ab Joanne XIX.
impetrauit.

PATRIARCHAE, qui Aquileiae rursus
sedent. hi sunt.

EBERARDVS, Gotopoldus, qui Ducatum
Foroiulij, et Marchiam Istriae ab Henrico
IIII. obtinuit. Rauengerus. Sigiardus Ger-
manus, à quo S. Petronella, hoc est, Car-
nuti ruinas in Austria, prope Danubium
Altmannus Patauiensis Episcopus emit.
Udalricus, qui Gradum sedi suae, Episcopo
deleto coniunxit ex Henrici IIII. authoritate.
Corradus, Peregrinus qui Henrici Ponti-
ficem splendide excepit, et transmarinam
expeditioni

Ex Lazio de rep. Romana.

expeditionem iniit. Gotofredus ex Ducibus Ma-
rania. Udalricus Friderici primi Caesaris cogna-
tus, qui à Venetis in Gradu insula captus,
et iterum ad conditiones dimissus est. Peregrinus 2.
quo foedus percussit cum Henrico Dandulo Ve-
netorum Duce. Volcherus, qui renovauit foedus
cum Petro Ziano Venetorum Principe, ac sub
Friderico 2. Caesare Marchiam Istriae Ludo-
uico Bauariae Duci contulit.

PATRIARCHAE, qui sedem Udinae
habuere, hi sunt.

Bertoldus Morauiae dux, Andreae regis Un-
gariae consanguineus Friderico 2. imperato-
re Udinam primus extulit. Basilica noua
D. Odorico constituta, pariterque moenibus
excitatis, in quibus [illegible] XXII. essent portae
ac in suburbijs sex. urbem in quinque
regiones distinxit, addito consilio XXIIII.
uirorum nobili loco natorum. Gregorius
Montelongus, Philippus Carinthiae dux.
Raimundus Turrianus Episcopus Comensis
tertius Utinae conditor. Corradus Poloniae
dux. Petrus Gerus Archiepiscopus Capua-
nus. Othobonus Episcopus Patauinus,
sub quo Veneti, duces Carinthiae, ac co-
mites Goritiae de agris contendebant
et Utina fuit obsessa. Castonus Turria-
nus Archiepiscopus Mediolani Ludouico Ba-
uaro imperante. Paganus Turrianus, qui
S. Odorico et templum et canonicationem
dedit. Beltramus Cataniensis ex praefecto rota
sub Joanne XXII. Pontifice. Ludouicus
Techius Germanus ob ignauiam cuius con-
spirationemque vicinorum regulorum de Ca-
mino, de Duino, de Collalto, et Carraria
omnia pene Patriarchatus bona simul cum
Udina metropoli in potestatem Venetorum concessere.

Ex Lazio de rep. Romana.

ab eo tempore Patriarchae habuerunt Venetijs sedem in angustias redacti.

PATRIARCHAE Aquileiae, qui sedem Venetijs habuere, sunt hi.

Nicolaus, qui vixit M CCCLVI. et Austrijs parochias donavit, Labacensem, Celeianam, S. Petri, Crayntburgi, Mansburgi, et Windisgraz. Marquardus, qui floruit anno M CCCCXVI. Antonius, qui constanciensi concilio interfuit. Alexander, qui ducatus Foroiulij à Venetis requisivit. Vitellius. Ludovicus miles Patavinus qui Rhodum tutatus diu est, et ab Eugenio Pontifice Cardinalis S. Laurentij creatur. Marcus Barbus, sub quo Turcae ter Forumiulii devastarunt. Hermolaus Barbarus à Nicolao Pontifice Max. creatur qui Venetis invidentibus interregno cessit, et Dioecesis ab Jacobo Valaressio Justinopolitano, canonicorum oeconomo administrata est. Dominicus Grimanus Patricius Venetus antea Episcopus Portuensis, et cardinalis S. Marci. Marinus Grimanus à Leone X. Pontifice creatur. Lazius cap. VIII sect. VI. l. XII [illegible]

PESTHE Ungari traiectum vocant. Lazius cap. XIII. l. XII.

PANNONII, et Avares eidem. Lege supra in litera A. ubi haec dictio incipit Avares populi.

PLEIEN Norici oppidum est non longe a Salisburgo, ex quo fuit Syrus Aquileiae Patriarcha Beuri monasterij apud Salisburgum conditor. anno Dni 978. Syrus hic comites à Pleien Patriarchatus Aquileiae advocatos instituit

Ex Lazio de rep. Romana.

instituit. qui magnam Feudorum partem in Foro-iulio à Romano imperio adepti sunt. adeout GORITIAE comites ex comitibus à Pleien fuerint. fuit Comes à PLEIEN fuit etiam Sigefridus Aquileiæ Patriarcha, à quo beatus Altmannus Episcopus Batauiensis parochiam S. Petronellæ in Carnunto emit, et aliquot praedia Fabianam, hoc est, Viennam emit. Comites à scala etiam hinc originem habuere, qui Scalaburgum in Austria oppidum habuit praeter Melicum. Lazius cap. VII. sect. VII. f. XII.

Ex sabellico ab orbe condito.

PATREM chamus Noe filius obiecisse irrisit. ac ideo illi exilium indictum. Sab. l. p. fol. 2

PARENTES senio confectos Bactriani famis et ueteri instituto necant. Caspii obiiciunt canibus. Sab. l. p. Enn. p. fol.

PONS supra Eufratem flumen quinque stadiorum fuit, opus Hitocris reginae, quae post Semiramidem Babylonis conditricem quinque aetatibus regnauit in Assyria. Sab. l. p. Enn. p. fol. V

PVTEVS in cananeorum terra fuit locus circa urbem Sodomae, ubi postea Asphaltites lacus miraculo emersit a bitumine nomen desumptus. Sodomitae ibi praelio uicti ab Assyriis fuere, in quo multi occubuerunt, plerique in captiuitatem abducti, inter quos fuit Loth Habraami fratre genitus, quem Habraamus e manu hostium liberauit. Sab. cap. l. [illegible] Enn. p. fol. VII

PHARAONES dicti reges sunt Aegypti sab. l. [illegible] Enn. p. fol. XII. qui [illegible] sic esse dixi Pharo insula urbi Alexandriae obuersa, quam PROTHEVS tenuit, qui Pharoni successit. Sab. l. 2. Enn. p. fol. XII.

PROSTITVIT filiam cheopis Aegypti rex, ut opus inchoatae Pyramidis absolueret. quae, ut a patre iussa est, a singulis, quos admisit, lapidem unum exegit, ad destinatum opus idoneum. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XIII

Ex Sabellico ab orbe condito

PANIS lingua Phrygum Beccus dicitur. cum enim Psammeticus Aegypti rex an indagandum, qui populi essent vetustiores, duos pueros recens natos includi fecisset, et a mulieribus nutrir educari, vox prima ab illis edita Beccus fuit, hoc est, panis, qui Phrygum lingua sic vocatur. unde Phryges omnium vetustissimi habiti sunt. Sab. l. 3. Enn. p fol. XIII.

PERSVASIO saepe in verbis, saepius in autoritate, in gratia saepissime consistit, ut Moses regi Pharaoni dixit. Sab. l. 3. Enn. p. fol. XIIII.

PATRIMONIVM apud Habathaeos Arabiae populos qui auget, honore afficitur, qui minuit, mulctatur. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 17.

PENTECOSTE Asartha nominatur ab Hebraeis. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 18.

PHARA locus est Palestinae in finibus Cananeorum, ubi Moses cum exercitu Hebraeorum castra metatus est, ac inde misit XII. ex explorandum terram Cananeorum. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 18.

PECCAT satis feliciter, cui citra poenam relinquitur poenitentiae locus, sicuti ait Moses Judaeos connubia Madianarum puellarum affectanto. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 20.

R
S
V

Ex Sabellico ab orbe condito.

PHINEES Eleazari Pontificis Judaeorum filius Samaniam Simeonitanum Judeorum longe principem in choream Madianitae puellae complexibus obtruncat, et ipsam quoque puellam ferro transfigit, quod uir Judaeus Ethnicae puellae Daemonas pro colenti sese adiunxisset. Sab. l. 4 Enn. 3 fol. 20.

PIGNUS, ab inope acceptum creditor debet ante noctem restituere, qui aut non est solvendo debet creditori seruire. Sab. l. 4 Enn. 3. fol. 20.

PALESTINA, et Cananaea eadem provincia est Sabell. l. 4. Enn. 3. fol. 22.

PHOENIX, et AGENOR fuerunt Aegyptij ex oppido Thebarum: inde circa Tyrum, et Sidonem consedere dum Josue obijsset. Phoenix provinciae PHOENICIAE nomen dedit. Sab. l. 4 Enn. 3 fol. 23.

Phemonoe Pythia oraculo Delphico praefuit, cui Phryxus, ac Helle ariete uellus aureum ante ex Boeotia in Hellespontum delati sunt, et illi Hexametrum carmen attribuitur. Sab. l. v. Enn. 3. fol. 25.

PHINEVS à Borea rege Thraciae in ultionem Cleopatrae filiae, ac nepotum, quos ipse prius excaecaverat, luminibus privatur, est. Sab. l. v. Enn. 3. fol. 28.

Ex Sabellico ab orbe condito.

PERSES, et Oeta fratres fuerunt. Perses in Taurica, Oeta in Ponto regnauit. Hecate filia Persis fuit qua illum ueneficiis sustulit, ac rerum potita est. mox Oetae patruo nupsit, ex quo suscepit Medeam, Circem, ac Egialeum. Sab. l. Enn. 3. fol. 29

PATA lingua Scythica significat obtruncare, Aeor uirum. unde Amazones, Aeorpata dictae sunt a Scythis, hoc est, uiricidae. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 30.

PERSAE in Lybiam cum Hercule sunt profecti. et ab initio Numidas se dixere. Pharusios Plinius illos nuncupat. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 31.

PHAEA sus in Crommono Atticae oppido fuit, quam sustulit Theseus. alij autumant Phaeam mulierem fuisse: ~~atque in hos Phae~~ quae intemperans fuit admodum, et ob id Scrofae nomen adepta. Plutar. ait suem fuisse. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 33.

PROSERPINA fuit Aidonei regis Molossorum filia, quam, dum Pirithous, ac Theseus uellent rapere. cani obiectus est Pirithous, qui Cerberus uocabatur. et Theseus carcere occlusus. Proserpinae mater Ceres dicebatur. unde fabulam Graeci de raptu Proserpinae finxere. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 34

P

Ex Sabellico ab orbe condito

PANIS Hordeaceus rex despectissimus est. Sab. l. VII Enn. 3. fol. 37. lege infra in litera S. ubi hac clausula incipit Somnium hoc quidam in castris

PHENEATAE populi Arcadiae fuerunt, qui a Phenea oppido Arcadiae profecti Herculem comitati consedere in Latium. Sab. l. VII Enn. 3. fol. 42. opinor ergo [illegible] Foroiulij denominatos fuisse hinc, nam si huic dictioni Pheneo interponis a inter e et primam ac n. literam Pheanea dicetur, utpote [illegible] Foroiulij hodie uocatur, quod Pheanea dicitur.

PELASGIA. et PELOPONESSUS / eadem prouincia est. primum Apia dicta est. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 44.

PENTAMETROS, et trimetros hymnos edidit rex Dauid, qui sabbatis, et sacris solemnitatibus canerentur. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 54.

PHILOSOPHIA in Ionia regione Asiae orta est. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 54.

PISCIS a Phoenicibus Sidon appellatur, unde Sidon Phoeniciae urbs ab ubertate piscium denominata est. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 54.

PHARAO lingua Aegyptiaca rex dicitur. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 56.

PALMYRA ciuitas Syriae superioris fuit, quam Salomon Israëlitarum rex condidit, et Thadamoram uocauit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 56. Idem l. VII. Enn. VII. fol. 497

Ex Sabellico ab orbe condito.

PANNONIA, et Poeonia (ut Apianus ait) eadem est. aliqui tradunt partem Macedoniae Poeoniam fuisse. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 66
Poeones populi lituanit Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. CXI.

PILAE lusum, ac Tesserarum Lydij omnium primi reperere. Item cauponam, lanificium ac fusum. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 67.

PHRYGIUS Lydiae fluuius est, qui ... uocabatur Hilus. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 67.

PESTILENTIA, sitis, fames, et alluuiones deorum tela sunt, quibus hominum scelera ulciscuntur. sicut Ancus Marcius populo Romano dixit. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 80.

PRAENOMEN fuisse Romanae mulieres id argumento est, quod Tanaquil uxor Egrij Lucumonis, qui postea Tarquinius uocatus est, C. Caecilia nuncupata est. postquam e Tarquinijs oppido migrauit Romam. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 81.

PONTIFICES à Romanis uocati sunt, quod pontem sublicium, quem Ancus Martius Tyberino imposuit, reficere consueuerunt. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 81.

PAGUS à Dionysio Halicar. appellatur specus, rupes concaua, et alia agrestium profugia. et PAGANALIA inde sacra annua. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 88.

Q
R
S
V

Ex Sabellico, ab orbe condito :

PERSIA provincia denominationem habet à Perseo Iovis, et Danaes filio, et similiter urbs PERSEPOLIS totius gentis caput. Sab. l. I. Enn. 2. fol. 91. Cephenes olim Persae dicti sunt Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 127.

PHOCIA urbs est Lydiae, quam flumen Hermus alluit. Sab. l. VI. Enn. 2. fol. 93.

PRISCUS Iuppiter à Latinis colebatur, in eius templo asservabantur leges Gabiis datae à Tarquinio superbo. Sab. l. VI. Enn. 2. fol. 96.

PATER à Persis Cyrus rex vocatur. est Cambyses dominus, Darius institor. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 101.

POENI Africae populi (ut Herodotus ait in Lybicis) sunt indigenae, multi autem affirmant eos à Phoenicibus originem deduxisse. Sab. l. VIII. Enn. 2 fol. 105.

PUEROS recens natos Trausi populi Thraciae complorare consueverunt recensentes quibus periculis, ac aerumnis homo nasceretur, contra mortuos per lusum ac laetitiam sepulchro inferebant, omnibus eum miseriis liberatum arbitrantes. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. CXI.

PUBLICA ii debent administrare, qui sua prius optime administrarunt. Milesiis seditione contendentibus PARII arbitri, dum prius vidissent, qui fundos cultos, quive incultos haberent, eos ut autores aiunt, ita responderunt. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. CXI.

Ex Sab. ab urbe condita

PATRIAM sibi eam [esse] videri amplius Martius Coriolanus Volscis ait, quae se dignitate repulsum domo, liberis, uxore, ceterisque necessitudinibus privatum extorrem eiecisset, sed quae civitatem et civem complexa esset, gratoque hospitio foveret. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 119.

POLVSTIA. Pedum, et singula civitates ~~Romanorum fuerunt~~ Latinorum, quas Martius Coriolanus cum Romam duceret expugnavit. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 119

PVGVLA civitas fuit Latii, quam Martius Coriolanus cum Romam duceret expugnavit. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 120.

PVTEVS a Susis cc. stadia distat mirabilis naturae, ut Herodotus tradit. dimidiato enim utre, ac situlae loco ciconiae alligato liquor inde haustus in oleum, bitumen, et salem concrescit. Sab. l. p. Enn. 3. fol. 122.

PAROS insula est una Cycladum, quae Platea etiam dicta est, postea Minois. marmor ibi nobilissimum excavatur. Sab. l. p. Enn. 3. fol. 122.

PHRYGES populi Asiae sunt, qui olim Macedoniam coluerunt, et tunc Bryges nominabantur. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 128.

Ex Sab. ab urbe condit.

PANIS a Perdica regi Macedoniae coctus fiebat duplex in furno. Sab. l. 3 Enn. 3 fol. 132

PLESTORUS Absinthiorum Thraciae populorum Deus fuit, cui Oebazanus Persa vir nobilis post victoriam Graecorum ad Mycalem, immolatus est. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 135.

PERCOTUM et Palaescepsis urbes Asiae sunt quas Xerxes dono dedit Themistocli ut inde supellectilem haberet, Magnesiam vero, Lampsacum, et Miuntem, ut panem, vinum et obsonia. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 136.

PRATA quintia dictus fuit ager quatuor iugerum, quem L. Quintius Cincinnatus coluit trans Tyberim. Cincinnatus ipse Dictator fuit, et Raciliam coniugem habuit. Sab. l. 3 Enn. 3 fol. 140.

PYTHAGORAE discipulus Parmenides fuit, ac puellam, arborem, avem, et aliquando piscem fuisse affirmabat. Sab. l. 4 Enn. 3 fol. 141

PROELIA CXX L. Sicinius (ut Dionysius ait) depugnavit, cum annos XL. militasset XLV. vulnera adverso pectore omnia excepit, a tergo nullum XIIII coronis quernis donatus, obsidionalibus tribus, octo castrensibus, LXXX torquibus aureis armillis CL. duodecenti triginta phaleris XXV quarum novem adeptus ex provocatione fuit. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 144

Ex Sabellico ab orbe condit.

PACILIUS cognominatur fuit C. Furius qui unà cum M. Papyrio egit Romae consulatum eo anno, quo Petilius Tribunus plebis mentionem fecit legis Agrariae. Sab. l. v. Enn. 3. fol. 148. Puto vero Ysiroiculi cui est nomen Pocalis à Pacilio aliquo Romano adeptum Pocalis autem corrupte dici esse denominatum

PHOCES agri leontini, quem Sicilia complectitur, est. Sab. l. VII Enn. 3 fol. 165.

PRAETORIS appellatione consularem ac Dictatoriam dignitatem veteres acceperunt. Sab. l. 3 Enn. 4. fol. 196.

PANNA urbs fuit Samnitum. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 203. Samnitum (inquit) urbes fuere, Bovianum, Esernia, Panna, Telesia et aliae plerique vicatim constitutae quae omnes, aliae alio casu interiere tantum Venusia et Beneventum nostra tempestate inter gentis urbes extant.

PRIMIPILUS primus centurio Romanis vocatus est. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 205.

PINDARI poëtae stirpi Alexander magnus pepercit, dum Thebas exscinderet. Sab. l. 4 Enn. 4. fol. 216

Q
R
S
V

Ex Sab. ab orbe condito.

PRIAPVS Phrygiae oppidum legitur, quod Milesii traduntur condidisse. Granicus fluvius est inter Priapum, ac Esepum oppida fluit ubi Alexander magnus primo cum Persis dimicavit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 210.

PVELLAS Persicas oculorum dolores esse Alexander magnus dicebat. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 213.

PAPYRIA tribus Romae fuit, quae ad Tusculanos attinebat. Sab. l. 4 Enn. 4. fol. 216.

PESTVM Lucaniae oppidum est, quod Graeci Possidoniam vocant. Sab. l. 4 Enn. 4 fol. 215. Romani coloniam eo miserunt. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 251.

PHASIS ab accolis vocatur Tygris fluvius Sab. l. V. Enn. 4. fol. 219

PATRIA est, ubicumque vir fortis sibi sedem deligit, sicuti ... Persa, qui cum Besso Darium Persiae regem interfecit, ad alexandrum ~~regem~~ magnum scripsit. Sab. l. V. Enn. 4. fol. ...

PANEM Macedones in faciendis nuptiis dividunt, et ita dimidium sponsus, et sponsa libat. hoc foedere nuptias celebravit Alexander magnus cum Roxane filia cohortandi satrapis, credibile est per hoc, qui hoc sacrum primi instituerunt, ostendere voluisse ... parabili victu contentos esse debere, qui corpora, et animos iugali vincula ... iungerent. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 224

PHARRASII sunt Indiae populi, lege diffusius ... in litera ... Grammer.

Ex Sab. ab orbe condito.

PLISCIA urbs Marsorum fuit, quam M. Valerius dictator iii cepit eo anno, quo Cleonymus Lacedaemonius cum classe ad Euganeos appulit, ac Medoaci fluvium ingressus est. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 238.

PUDICITIAE ara et plebeia, et Patricia olim Romae fuit. plebeiae Virginia Au. Sulpitij ~~filia fuit autor.~~ patritij filia, et L. Volumnij ~~consulis~~ ex plebe cons. consularis tum uxor, cum [illegible] ... [illegible] sacello pudicitiae, quod in foro Boario fuit, ad rotundam aedem Herculis adire fuisset prohibita. contumeliae impatiens, ac ferox, in parte aedium, quas in longo vico habuit, a profano usu exclusas, aram plebeiam pudicitiae constituit. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 239.

POMPICUS attica lingua dicitur, qui nostro tumet. sic vocatus fuit Heraclides Ponticus auditor Aristotelis. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 251.

PRAEDIA pecunia parantur, tempore, ac diligentia disciplinae: sicut Metrocles Maronita cynicae disciplinae sectator, qui sororem Hipparchiam disciplinae illius quaquo uss. habi[illegible] Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 251.

POETAE (ut Eratosthenes ait) nominati sunt primo Zenonis ... sectatores, qui postea Stoicorum nomen habuere. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 251.

Q

R

S

T

V

Ex Sab: ab urbe condita.

PYRRHVS rex Epiri nomen adeò magnum adeptus est in bello, quod pro Tarentinis, et Samnitibus contra Romanos in Italia gessit, ut omnes imperatores sui temporis longè anteiret militari disciplina, fortitudine, ac uigore animi. Sab. l. VIII. Enn. F. fol. 250.

PHOENICE urbs Epiri fuit, quam Scordilaidos dux Teuca Illyriorum reginae obsedit. Sab. l. 9. Enn. F. fol. 260.

PLACENTIA colonia fuit eo anno deducta, quo finis Gallico bello fuit impositus. Sab. l. 9. Enn. F. fol. 263.

PHARE fuit Achaiae urbs. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 263.

PYRENEI montis hispaniae iuga protenduntur ab interno mari Gallico, uia ~~interna~~ Tyrrheno (ut appianus ait) in occasum hisque à meridie ad septentrionem extensa. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 266.

PAPIA Italiae urbs est, olim Ticinus appellata. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 268. Ticinus, inquit, est maximus omnium fluuiorum, qui Padum ingreditur, deditque olim uicinae urbi nomen, quam nunc mutata uoce Papiam uulgo nominant. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 268. Idem l. VII. Enn. VII. fol. 447.

PATER à Minutio magistro Equitum Fabius Maximus Dictator appellatus est, quod eum liberauerit cum toto exercitu ab oppressione Annibalis liberauerit. patroni aut milites Fabij ab exercitu Minutij. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 272.

Ex Sab. ab urbe condito.

PAX est si iusta sit, et honesta, omnium rerum pulcherrima, atque optima. ceterum nihil faciendum iniuste, aut turpiter patiendum, ut pace frui possimus. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 276. diffusius lege supra in litera B. ubi haec clausula incipit. Bellum equidem fugiendum est.

PRINCIPUM mansuetudo, ac benignitas usque adeo valet, ut non solum, cum praesentes sunt, sed cum etiam longissime absunt, quoddam quasi fomiter amoris erga se animis hominum relinquunt. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 276.

PAEANIUM Aetoliae fuit oppidum, quod Philippus Macedoniae rex vi cepit, et captum expugnavit, ac diruit, tignis, ac tegulis rate ad Eniadas transvectis, ad tabernaculorum, et bellicorum operum usum. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 276.

PALEA litoralis Cephalanianum est urbs, quam Philippus rex Macedoniae frustra obsedit. Sab. l. 2. Enn. V. fol. 277.

PRIVI lapides, ac priva verbena ferebantur à Fecialibus, cum ad percutiendum foedus procedebant. Sab. l. 5. Enn. V. fol. 304.

PHALERIA Thessaliae fuit metropolis, et PIERIA oppidum: ambas Quintius consul vi cepit. Sab. l. 6. Enn. V. fol. 307.

Ex Sab. ab orbe condito.

PLEIAS locus est agri Laconici, ubi Philopoemenes dux copias ~~Philippi~~ Nabidis Lacedemoniorum tyranni fudit, fugavitque. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 3XI

PEDITES CCC. Equites autem quatuor et viginti Romani amisere eo praelio, quo Antiochum regem vicerunt. Antiochus vero quinquaginta millia peditum, et tria millia Equitum amisit, capti autem sunt mille, et CCCC. et cum rectoribus Elephanti XV. Sab. l. 7. Enn. V. fol. 315.

PESTILENTIAE fames alumna est. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 328

PUER Romae, dum Viriatus in Hispania fuisset interfectus, natus est ex ancilla quadrupes, et quatrimanus, quatuor oculos, totidemque aures habens, duplicique natura, et utraque virili. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 333.

PAPYRIUS Carbo in Illyrico cum Cymbris, quibus primus Romanorum cum exercitu occurrit infeliciter dimicavit, ~~fuit~~ fusus, fugatusque est cum multa caede Romanorum exercitus. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 342.

PATRIAM nimium in modum Philoeni fratres Chartaginenses amarunt. dum enim Chartaginenses, ac Cyrenenses de finibus vicissim contenderent, tandem ita inter se pacti sunt, ut certo die legati domo proficiscerentur, ac quo in loco sibi obvij fuissent, id utriusque populi communium haberetur. Duo fratres ex Chartagine missi (PHILENI appellabantur) iter maturavere Cyrenenses

se et ipsi domo profecti cursum citius confecerant, et postea quam viderunt se posteriores, ac ob eam rem parum utiliter navata domi poenas metuerant, criminari Carthaginienses, quod prematuro iter occupassent, turbare foedus, omniaque prius malebant, quam pro victis abire. deinde Philaeni fratres Cyrenenses conditionem deposcunt, ut vel illi in finibus, quos suo populo peterent, vivos se obrui paterentur, vel eadem conditione liceret sibi, quo vellent, suos fines promovere. Philaeni optione probata vitam patriae condonarunt, seque vivos ibidem obrui passi sunt. Carthaginienses, ut in eorum aevum fama memoria prorogaretur, Philaenis fratribus, ubi sepulti fuerant, aras duas consecrarunt. Sabell. l. 2. Enn. VI. fol. 345.

C. PAPIUS ex ducibus Italorum fuit unus, qui sociali Romanorum bello fatigarunt. Castabulas et Salernum in cepit, et cum Sexto Julio duce Romanorum certa Numidas, ac Mauris militaverant, ipse Oxintam Iugurthae filium, qui Venusiae custodiebatur, purpura amictum ostendit, unde nonnulli velut ad regem transfugere. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 350.

PYTHAGORAS philosophus in ea Italiae parte, quae magna Graecia dicta est, multo crudelior, quam qui literarum ignari fuerunt, in aliorum libertatem grassatus dicitur. sic et Critias olim, et Aristio Epicureus tyrannidem Athenis exercuerunt. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 352.

PEPLVTVS cognominatus est L. Otacilius Plotor, qui temporibus Syllae Dictatoris dannisimusque libertinorum historiam scripsit, cum antea id tempus ingenui dumtaxat scribere consuessent. Sab. l. 3. Enn. 355.

PARIT mulier usque ad annum uitae quadragesimum, et illo sistit genitalem fluxum ad quinquagesimum. tamen annum in nonnullis extenditur procreatio. Cornelia ex Scipionum diuersa tum alia ea, quae fuit Cinceliorum mater, Volusium Saturninum uirum consularem annum agentem sexagesimum secundum (sicut Plinius ait.) enixa est. multi putant puerperas annorum quinque, ac septuaginta fieri. ~~Sab. l. 3. Enn. VI fol. 356.~~ Alexandra uxor Alexandri regis Iudaeorum annum agens quinquagesimum, et amplius nata peperit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 356.

PEDICVLARI morbo Sylla est absumptus. Acastus identidem filius Peliae. Alcman etiam poëta. Pherecides quoque rerum diuinarum scriptor, et Callisthenes olynthius. Sab. l. 3. Enn. VI fol. 357.

PACVANVS uir Romanus fuit, et à Sylla in Africam missus est, ut Acalium regem à Maurisijs obsessum liberaret, à Sortorio tum Pacuanus ipse interfectus est. Sab. l. 3. Enn. 6. fol. 357.

PHIDIAS Praetor fuit Romanorum in hispania, qui à Sertorio circa Mellariam insulam nauali praelio superauit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 358

Ex Sab. ab orbe condito

PHASELIS fuit urbs Ciliciae, quam P. Servilius Isauricus cepit. Sab. l. 3 Enn. VI. fol. 358

PATRIAM ita Sertorius ~~dixerit~~ dilexit, ut diceret malle se ignobilem Romae haberi, quam praeclarus a cunspectu Italiae multarum gentium imperium tenere. Sab. l. 3 Enn. 6. fol. 358.

PECCANT multo insignius, qui alto, et excelso loco constituti sunt, quam qui humili, et obscuro, ut ait Caesar ad senatum in oratione pro Catilina. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 366.

PROCILLUS ~~appellat~~ cognominatur est M. Valerius, quem C. Caesar una cum Marco Mettio ad Ariovistum regem misit. ambos Ariovistus pro speculatoribus capi iussit, et captos in vincula coniecit. devicto autem Ariovisto Procillus receptus est, qui triplici catenarum genere ab hoste trahebatur. is ter inter hostes de se sortibus consultum affirmavit, igni ne vivus cremaretur, an in aliud tempus eius differretur supplicium, sortiumque beneficio se servatum. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 370

Q. PULLO, et L. Varenus centuriones fuerunt Q. Ciceronis, legati Caesaris in Gallia. Sab. l. ~~VI~~ Enn. ~~VI~~ fol. 375.

PARTHI fuerunt exules Scytharum, qui seditionibus domo pulsi mediam terram inter Hyrcaniam, Dahas, Arios, et Parthienos furtim occupatam tenuerunt ab initio. eorum sermo ex Scythico et Medico mixtus. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 376.

PARINI appellati etiam sunt (?) alii populi Asiae, qui proximi sunt Hyrcaniae, ac Parthiae. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 376.

PACIACHVS Iubius vir fuit Hispanus, et M. Crassi hospes, ipse Crassus Cinnanis temporibus patre necnon fratrum amisso, qui cum filio iussu Marij fuerat interfectus, in Hispaniam profectus est, locoque maritimo in profunda latuit spelunca. Servus quidam menses circiter octo ipsius Paciachi fida alimonia ei ministravit, ignarus homini, ancgario (?) cibaria quotidie supra saxum statuerat nocte accipienda. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 377.

PRINCIPEM C. Caesar dicebat difficilius a primo loco ad secundum detrudi, quam a secundo ad ultimum. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 380.

PALESTE locus Macedoniae civitati Orico vicinus, ad quam C. Caesar ex Brundusio cum exercitu contra Pompeium appulit. Sal. l. VII. Enn. VI. fol. 383.

PANEM ex radice cuiusdam herbae, quae chara vocabatur ~~exercitus Pompeij~~ Caesaris obsidens Pompeium in Macedonia conficiebat. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 384. lege supra in litera C. ubi clausula haec incipit. Chara genus fuit radicis.

PETRA locus fuit Macedoniae editus prope Dyrrachium, ubi Pompeius contra Caesarem motatus est. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 384.

Ex Sab. ab urbe condita.

PRADENISUM Ciliciae fuit oppidum, quod M. Cicero ui coegit septem, et quinquaginta dies multis operibus oppugnatum. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 380.

PERIURII reum C. Caesar necari iussit Affranium, quem ex hispania dimiserat. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 388.

PHILIPPI urbs Macedoniae fuit Datos prius dicta, et Crenidae a fontibus crebris ibidem scatentibus. ibi Cassius, et Brutus a M. Antonio, et Octauio Caesare uicti sunt, et

PHANTASMA ibi Bruto rursus apparuit, quod ad Hellespontum ei apparuerat copias ex Asia in Europam traiecturo. dixeratque, se suum genium esse malum Bruto, iterumque in Philippis uidebis. cui Brutus uidebo inquit. ~~Philippis~~ Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 397.

PHASELUS filius fuit Antipatri Ascalonitae, fraterque Herodis regis Judaeorum. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 395.

Phasaelus, Hippicus, et Mariamne turres fuerunt Hierosolymae materia, et proceritate insignia. Sab. l. 13. Enn. 7. fol 425.

PAMPUS uir fuit Samarita, et Antigoni dux exercitus, hunc praelio Herodes Judaeorum rex occidit. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 399.

PHOENICES [illegible] ciues Siciliae, ad quos Octauius Augustus Sextum Pompeium, persequens diuertit. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. [illegible]

Ex Sab. ab orbe condito.

POEONES fuerunt dicti a Graecis, quos Romani PANNONAS postea dixere, estque eorum terra duplex, una Iapidiae propinqua, altera ad Istrum exposita, quae inferior Pannonia nominatur. Poeones ipsi inter Illyrios censebantur. gens cum ab initio ferox, tum hodie maxime bellicosa. Sab. l. g. Enn. VI. fol. 403

POSSENI populi fuerunt Iapidiae transalpinae, qui tenuti Metulij urbis excidio deditionem Octauio Caesari fecere, ac non multo post rebellantes cum Crassum miserunt, atque in potestatem redactos auctoribus defectionis prius interfectis sub corona vendidit. Sab. l. g. Enn. VI fol. 405

PROMONA Liburnorum fuit urbs, quam Octauius Augustus cum Delmatas populos Taulantijs proximos dimicans cepit. Sab. l. g. Enn. VI. fol. 403

PVRPVRA idem est ~~Palestinis regibus quod et~~ nunc Imperatoribus, quod coccinato Palestinis regionis: Sab. l. g. Enn. VII ? fol. 407

PEVCETIVS, et OENOTRIVS fratres ex Archadia in Italiam profecti sunt, unde PEVCETII Apuli nuncupati sunt. Sab. l. g. Enn. VII fol. 409

PASTORIS boni pecus est tondere, non deglubere, sicuti aiebat Tyberius Caesar. Sab. l. g. Enn. VII. fol. 412

PROCERITATIS septem cubitorum fuit Lazarus uir Hebraeus, quem Artabanus rex Armeniae cum Dario filio ad senatum Romanum misit. Sab. l. g. Enn. VII. fol. 413

tēx sab. ab urbe cōdita.

PVGIO, et gladius C. caligulae Caesaris, duo libelli fuerunt. inscripti. Sab. l. ii. Enn. VII. fol. 914.

PALAEMON fuit Vicentinus grāmaticae artis sua tempestate princeps: fecerunt eum praedicare solitum secum literas latinas natas, secum perituras: ad hunc videtur Maro eo carmine allusisse: Audiat hoc aliquis, uel qui uenit, ecce Palemon. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 915.

D. PAVLVS Apostolus ex Saulo ita vocatur, quod à nomine Sergii Pauli Cypri Proconsulis, quē post certamen, quod Pauli cum Bariero Mago fuit, magnaque hominis clade transegit, ad ueri Dei cultum conuertit. Sab. l. 2. Enn. 7. fol. 916.

PROCESSVS, et Martianus milites Romae fuerunt, quos. D. Petrus Nerone Imperante baptismo in carcere initiauit ambo iussu Neronis fuerunt necati. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 917.

PARENDO potius, quàm multa secreta sciscitando militaris disciplina continetur et is plurimum in pugna fortissimus est, qui ante pugnā quietissimus. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 920.

PRANDII, quod Saliis parabatur, nidore aliquādo captus Claudius Nero Caesar tribunali relicto proximo ad sacerdotum ascendit simulque accubuit. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 915.

Q

R

S

T

V

Ex Sab. ab orbe condito.

PANIUS mons est Judeae, unde Jordanes oritur, a Pineado fonte Plinius, ei oram attribuit. Rursus autem fluuium ex Traconitide oriri opinantur. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 422

POLLICEBATUR T. Vespasianus Caesar ea petentibus, quae praestari non possent, dum ei cum facilitatem agre ferentibus affirmabat nullum ex Principis sermone tristem discedere oportere. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 426

PONTIFICATUM maximum se ideo T. Vespasianus Caesar se ait accepisse, ut puras haberet manus. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 426

PLINIUS Secundus Veronae, an alibi ortus haud facile dixerim. Sab. ait l. 4. Enn. VII fol. 427

PRINCIPEM in priuatos talem esse oportere dicebat, quales in se priuatos esse ipse cupiat, optetque. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 428

POEMATA scripsit Gordianus primus Caesar. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 432

PAUPERES omnes attamen innocentes Adrianus Caesar ditavit et divites dolo malo, et fraude odit. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 429

PISCIBUS Heliogabalus Caesar in maritimis locis nunquam cocinatus est. cum vero procul mari abesset, omnia marina exhibuit, murenarum, et luporum lactibus rusticos in mediterraneis pavit. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 439

PRECIOSA morte dicebat perire velle Heliogabalus Caesar, ideo turrim eminentissimam aedificaverat auro, et gemmis exculta, ut inde se praecipitaret, si esset necessarium. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 439

Ex comment. Lazij.

Quadruplator is olim notabatur, qui publica crimina deferebant, et quartam partem de bonis proscriptorum, quos detulerant, consequebantur sicuti ait Asconius, et Cicero prima in Verrem. Seneca VII. de beneficiis quadruplatores illos appellat qui exiguis magna uenantur. Lazius Cap. XIII. l. I.

Ex Sabellico ab orbe condito.

QVADRIGAS equis iunxit primum Erichthonius rex Athenarum post Cecropem quantum docuit Sab. l. 4. Enn. 9. fol. 21.

Ex Sab. ab urbe condita.

PVRPVRAE pallium Aurelianus Caesar donu(m)
habuit post Palmyrae victoriam a rege
Persarum ab interioribus Indiae in Persidem
missum. illud Aurelianus in templo Capito-
lini Iovis suspendit. talis purpura haec fuit,
qualem neque prius, neque postea (ut Vopiscus
ait) Roma viderit. Imperatoris purpura, no-
bilissimarumque matronarum illi admota cinerei
videbatur coloris. fuit inde cura ipsi Principi,
mox Probo, et Diocletiano per nobilissimos infecto-
riae artis opifices id genus purpurae conficere.
sed neque ratio, neque materia inveniri potuit.
Sandix Indica, cum vite esset cerrata, credi-
ta est illum colorem conficere. Sab. l. VII.
Enn. VII. fol. 448.

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana

Respublica Romana dua fuerunt altera in urbe Roma, et altera in Constantinopoli: quod designat biceps Aquila. Cap. i. l. primi.

Roma urbs Aeterna vocata est. cap. i. l. g. fol. 19. et cap. [illegible] l. g. fol. 32

Romae [illegible] AL / III

L. RAGONIO L. F. PAP. VRMACIO
LARTIO QVINTIANO COS. SODALI
HADRIANI LEG. XIIII. GEM. DONIS
MILIT. DONAT. AB IMP. COMMODO
ANTONINO AVG. PROC. PROV.
AFR. SEVIR AN. ANITIVS ENNIVS
SERGIANVS AMICO.

Lazius cap. xi. l. [illegible]

RVDIS appellabatur virga quae emeriti donabatur unde RVDIARII nominati sunt. et hoc erat insigne ~~missionis~~ honestae vacationis a militia. Ovidius Et ~~mox~~ donari iam rude tempus erat. Cicero in ii. Antoniana. tam bonum gladiatorem rudem tam cito accepisti. Suetonius in Tyberio. munus (ait) gladiatorum in memoriam patris et alterum avi Drusi dedit diversis temporibus, et locis: primum in foro secundum in amphitheatro: Rudiarijs quoque quibusdam revocatis auctoramento centum millium. Lazius cap. xii. l. q.

RORARII erant milites levis armaturae: ac praelium primi auspicabantur, unde sunt metaphorice nomen adepti, quod tanquam ante pluviam rorare soleant. Lazius cap. xiiii. l. 4

RABA Ungariae Civitas est. olim Arrabona dicebantur Lazius cap. 4. l. vi

Ex Lazio de rep. Romana

RELATIONIS quinta ius erat, ut quinquies super re iudicata referre ad Senatum liceret, praeiudicijs nihil obstantibus. Alciatus tamen huic sententiae adversatur. Lazius cap. 2. l. IX.

RUBIGALIA erant ludi Marti à Romanis dicati, quos VII. cal. Apriles celebrabant tubas, Aquilas et alia arma offerentes, celebrantes. Lazius cap. [illegible] l. X.

RUDIS erat virga, quae donabatur pugilibus ob superatam operam, è tali servitio manumissis. RUDIARII [illegible] ipsa ij pugiles vocabantur. RUDIARII etiam vocabantur, qui huiusmodi virgis publice pugnabant. Lazius cap. XIII. l. X.

REMURIA fuerunt pervigilia, quae ad placandos Remi fratris manes Romulus instituit, et VII. idus Maias celebrabantur. Cum enim Remi occisi umbra nutricio suo Faustulo, et Accae Laurentiae apparuisset, ac rogasset, ut manibus suis iusta persolveret, idque Romulus accepisset, instituit Remuria, ut manes Remi fratris placaret, quae postmodum litera prima immutata Lemuria à Lemuribus, et manibus denominata sunt. Lazius cap. V. l. XI.

RAAB oppidum est Transylvaniae, quam veteres Daciam dixere. oppidum ipsum Douranam prisci appellavit, barbaris deletis primis syllabis Raab pronunciavit. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

RHESIVS uir fuit Romanus, sicuti hac inscript. patet, quam Lazius cap. III. lib. VI. f. XII. ait esse in templo S. Danielis supra S. Petrum in ditione Comitum Artens.

C. RHESIO DEXTRO O. REDSOMA=
RVS NEPTVNI ET LIIVGLI
P. V. F.

Ex Sabellico ab orbe condito.

RISIT, ut primum est natus, Zoroastres Bactrianorum rex, cui astrologiae inventio attribuitur, et Magia. Sab. l. 3. En. 3. fol. 4.

REGES ab initio idcirco inter mortales constituti sunt, ut sapientia, aequitate, ac vitae innocentia privatis iniuriis resistant, nō ut aperta latrocinia in populos exerceant. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. VI.

REGEM, uti numen Aethiopes adorant. Sab. l. III. Enn. 3. fol. XI.

REX punica lingua Balthus vocatur. lege in litera B. ubi haec clausula incipit. Balthus lingua punica.

ROBVSTVS, et fortis Sanson ab Hebraeis vocatur. Sabell. l. VI. Enn. 3. fol. 38. lege diffusius in litera. S. ubi haec clausula incipit Sanson et Manue Danitano.

RAMATHA fuit urbs Palestinae, ubi Samuel propheta vitam egit, ac sepultus est. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 48. / stad. 40. distans est ab Hierosolymis. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 58

RABBATHA fuit urbs Palestinae, quam rex David cepit, ac diripuit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 51.

REX lingua Aegyptia dicitur Pharao. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 56

ROMVLVS sylvius Albae fuit rex, hunc alij REMVLVM vocant, in quibus est Eusebius, Dionysius Halicarn. Alladium vocat, et cum Dijs exercuisse inimicitias tradit, tonitrus siquidem, ac fulgura

Ex Sabellico ab orbe edita.

ac fulgura in caelo contemplatus imitabatur
Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 62

ROMA urbs denominata est a Roma Ascanii filio, ut Cephalon Gergithius auctor vetustissimus, Agathillus, et Damagoras tradidere. Damastes Sigeus memoriae prodidit a Roma una Iliadum, cuius suasu Troianae mulieres longioris erroris taedio naves incenderunt. Aristoteles idem arbitratur, sed Romam fuisse Achivorum captivam prodidit, classemque incendit. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 69.

ROMULUS, Antias, et Ardea Ulyssis, et Circes filii fuere, ac tres urbes condidere ROMAM Romulus, Antium Antias, et Ardeam ipse Ardea, ut Xenagoras prodidit. Sab. l. 2 Enn. 2 fol. 69

RHENEA insula ex Cycladibus una est. Delo qua ad stadia quatuor adiacet. ibi Deliorum sepulchra fuere. nefas enim est in ea mortuos humare, aut canem alere. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 122.

ROBOLEIUS tribunus plebis fuit, et Sp. Cassio ~~legem agrariam~~ consuli agrariam legem exequi volenti se opposuit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 123.

L. RACILIUS Tr. militum Romae fuit eo tempore, quo Licinius Calvus consulari potestate creatus est, ac ob aetatem se excusavit, et in filium huius dignitatem conferri fecit. Sab. l. 9. Enn. 3. f. [illegible]

Ex Sab. ab urbe condita.

M. RVTILIVS primus e plebe dictator fuit, et primus invitis patribus de Tarquiniensibus, et Phaliscis legitime triumphavit. Sab. l. 3 Enn. 4 fol. 199 A. M.

RHEGMA Cilicia stagnum est, iuxta quod Cydnus e fluminis ex Tauro monte ortus, et Tarsum oppidum interfluens in mare Ciliciu devolvitur. Sab. l. 7 Enn. 4 fol. 211.

RVTILIANVS cognominatus est Q. Fabius Maximus, qui cum magister Equitum à L. Papyrio dictatore fuisset dictus, et ambo in Samnites processissent, ac urbem Papyrius repetiisset ob auspicia repetiisset, ac edixisset, ut Fabius se absente cum hoste no pugnaret, Fabius contra edictum Samnitum XX millia ad Imbrinium oppidum occidit, eundem Papyrius in eum voluit animadvertere, nihilominus senatus, et populi precibus adactus pepercit ira. Sab. l. 4 Enn. 4 fol. 216.

REVERENTIAM qui hominibus non impendunt, etiam Deos fallent. Sab. l. V. Enn. 4 fol. 224.

ROMVLEA urbs Samnium Samnij fuit quam P. Decius consul expugnavit. Sab. l. VII Enn. 4 fol. 239

REGNI optimum fundamentum, ac praesidium benevolentia est, ut Dauchius rex ait. Sab. l. V.I Enn. 4 fol. 242.

REBELLES à Lucanis Italiae populis Brutij nuncupantur, et similiter fugitivi, et sic nominati fuerunt

fuerunt Brutij populi, qui Lucanorum pastores fuere. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 250.

RIZON Illyrij fluminis est in cuius ripa Rizonum est oppidum ualde munitissimum, quod Teuca Illyriorum regina tenebat, et [illegible] [illegible] [illegible]. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 261.

RHODA oppidum Galliae Narbonensis est a Rhodijs conditum. hinc denominationem habuit Rhodanus fluuius, de quo memorabile illud traditur superare ipsum incorruptis aquis Lemanum lacum, quod et Addua facit in Lario, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, et Ollius in [illegible]. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 266.

REVERENTIA iuniorum tanta fuit apud Romanos, ut T. Manlio Torquato ualetudinem oculorum excusante, ne consulatu adepto fungeretur, coetus iuniorum [illegible] hac de re consultauit, ac consules M. Claudium Marcellum et Valerium Leuinum consules renunciauerint. Sab l. 4. Enn. V. fol. 290.

RHIUM appellatur fretum, quod Naupactum a Patris diuidit. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 294.

M. RHETIUS uir fuit Romanus, qui senatui retulit Asdrubalem ingentem exercitum comparasse, ut se cum Annibale coniungeret. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 295.

-Ex Sab. ab urbe condita.

RVMPHEA telum fuit longum veluti hasta, quo Thraces utebantur. Sab. l. VI Enn. V fol. 306.

RESPONSIO adeo ambigua Legatis Achaeorum, et Lacedemoniorum à senatu Romano data est, ut tam hi, quam illi senatum in suum favorem detraxisse dicerent. Sab. l. VII Enn. V. fol. 317.

REM domesticam augere virorum esse Cato aiebat. Viduarum deteriorem facere. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 320.

RVBICON Italiae fluvius est inter Ravennam, et Ariminum defluens, hodie accolae Riconem vocant, fuit olim terminus Italiae, ut prius Aesis in Piceno, ut postea Phormio Iapidiae amnis, et novissime Arsia. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 381 ...

RIVVS ignis ora quaedam ... Siciliae, quam locorum accolae noctis ... ob suffocationis exhalationem, ... Sab. l. 9. Enn. VII fol. 401.

REGES à ... et alii ... quibusdam gentibus ... Sab. l. 9. Enn. VII. fol. ...

RADEBANT barbam in luctu sibi reges barbam, et capita uxorum. Sab. l. ... Enn. VII fol. ...

RHEATE oppidum Latii Vespasianum Caesarem genuit, Caesar ibi villam habuit, ac sepultus est. Sab. l. 3. Enn. VII fol. 423.

Ex Sab. ab urbe condito.

RADIX nascitur in Debra valle apud Macheruntem Judaeae urbem flammae similis vespere refulgens, ac velut radians: tactum refugit legentis manum, quoad muliebris urina, vel menstruus sanguis fuerit superinfusus. quin tunc etiam legentibus letalis, si manum attigerit, obidque semirutam canis alligatur, qui abeuntem dominum sequutus eam radicitus avulsam funiculo trahat. Canis statimque moritur. quo extincto innoxia tangitur. ex hac immundi spiritus viventibus corporibus immersi fugari creduntur. Sab. l. 5. Enn. VII. fol. 425.

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana

Stiria ea Germaniæ provincia est, quã prisci Valeriã dixerunt. Lazius in præfat.

Scriba fuit C. Flavius, et postea Aedilis Curulis. Livius l. IX. decad. prima. Eodem, inquit, anno. C. Flavius Cnæi filius scriba patre libertino, humili fortuna ortus, cæterum callidus vir, et facundus, aedilis Curulis fuit. Lazius cap. IIII. l. 2.

Senatores in urbe Roma fuere ante castitutos Imperij, et dum esset constitutum: postea vero et in provincijs creati sunt. Lazius cap. 12. l. 2.

Scriba Pontificum minorum Opilius Macrinus Cæsar fuit. Iul. capitol. in opilio. lectis, ait, in senatu literis contra opinionem omnium et mortem Antonij Senatus gratanter accepit et Opilium Macrinum libertatem publicæ curaturum sperans primum inter Patritios elegit novum hominem et qui paulo ante procurator rei privatæ fuisset eundem, cum scriba Pontificum esset, quos hodie Pontifices minores vocant, Pont. Max. appellauit. Lazius cap. XI. l. 3. huic alludit rhapsodia istiusmodi, quæ in S. Stephano Mediolani legitur.

Q. INGENS MAXIMIANVS
SCRIB. PVBLICVS PONTIF.
ET CVRATOR AERARII.

Scribæ siquidem Pontifices minores vocabantur, et octo erant Pont. Max. subiecti. Lazius cap. XI. l. 3.

Spiculum à veteribus pilum dicebatur. Lazius cap. XV. l. 4. ex antonij Vegetij cap. XV. l. 2

SECCIVS vir fuit Romanus, sicuti hac inscriptione apud Celeiam Styriæ insculpta Lazius cap. IX. l. V. ostendit.

D. M.

SECCIVS SECVNDIN. VET. LEG. II. ITAL. PETEIVLA
SEVERIA CONI. EIVS SIBI. ET SE... AT

Ex com. Lazij de rep. Romana

SECVNDINAE FIL. ET MARIIS MAXIMO
ET SECVNDO NEPOTIBVS SVIS VIVI
FECERVNT.

idem cap. x ...

Sabaria ciuitas Pannoniae Claudia fuit cognominata, ut Plin. cap. 24. l. 3. historiae naturalis ait. Lazius cap. XIII. l. v.

Scotia olim Calodonia uocabatur. Lazius cap. XV. l. ...

SVPERVENTORES dicebantur olim milites a superuentibus, hoc est, repentinis incursionibus. Veget. cap. 19. l. 3. Lazius cap. primo. l. VI.

SELECTVS uocabatur iudex, qui iura inter equestres exercitus Romanis iura dabat, et ab decurionum ordine sumebatur. Plin. cap. 2. l. 33. Item l. 32. de hoc copiose. Hor. 1° sermonum. Item l. 32. de hoc copiose. Hor. 1° sermonum.
Vnum quod selectis iudicibus obijciebat. Item ouidius
Nos bene selecti iudicis arca patet.
Item monumentum hoc Auximi.

M. OPPIO CAPITONO Q. TAMVDIO Q. F.
T. N. T. PR. N. VEL. MILASIO ANNINIO
SEVERO EQVO PVBL. IVDICI SELECTO
EX V. DECVR. PRAEF. FABR. PONT.
QQ. II. Q. IIII. P. C. ET P. CAESIS. MVMIO
MVNAT. IDEM QVINQ. COLONI. OB ME-
RITA EIVS. IN CVIVS DEDIC. COAENAM
COL. DEDIT. L. D. D. D. Lazius cap. 3. l. VI.

Signa, et uexilla differunt. Lazius com. l. VII cap. primo.

Signa, et uexilla militaria eos, qui ad ea confugiebant, uti asyla tutabantur. Lazius cap. 3°. l. VII.

Ex Lazio de rep. Romana

SICILIO verbum est, ac secare significat, ut Plin. li. XVIII. autor est, prata, inquit, quotiens secta sint, sicilire oportet. hoc est, quae foenisecae praeterierunt, secare. Varro primo de re rustica. quo facto, ait, sicilienda prata. Cato cap. V. rei rusticae. Siciliencia vocat gramina de prato resecta. Lazius cap. ultimo l. VIII. Legitur Pomp. Siciliceo. sicula hastiola interpretatur

STATVAS Romani aut ex lapidibus, aut aere, aut ebore faciebant, imagines aut aut ex cera, aut pictura. Lazius cap. XIX. l. 9. Corn. vero Tacitus in fine historiae Julij Agricolae soceri posuit imagines pro statuis. Ut omnia, inquit, facta, dictaque eius secum revoluant, famamque, ac figuram animi, quam corporis complectantur, non quia intercedendum putem imaginibus quae marmore, aut aere finguntur.

STATVAE ponebantur aut ijs, qui obsidione urbem liberauerant, aut aliquod reip. bellum perniciosum finierat, aut sapientia, doctrinaque prae ceteris splenderet. Plin. cap. VI. l. 34. natur. historiae multa de his. praeterea feminis statuas fuisse positas idem Plin. cap. V. l. 34 autor est. Lazius cap. 19. l. 9.

SATVRNALIA viri dabant munera. Calenda Martiae feminis. Tranquil. in Vespasiano. Sicut Saturnalibus viris dabat apophoreta, ita et Calendis Martijs feminis. Plau. in milite da mi vir. calendis mittam, cum Martiae veneris Mart. Scis puto vestra iam venire Saturnalia Martias calendas. Lazius cap. 9. l. X

SACCVS dicitur à Suida σάκκος. Lazius cap. XI l. X

SECVTOR dicebatur ille pugil, qui contra Retiarios dimicabat. Iuu. cum Graccho iussus pugnare secutor. Lazius cap. XIII. l. X.

SPIRA. Belgica oppidum olim Nemetum dicebatur. Lazius cap. I. sect. 2. l. XII.

SARCAN. Ungari Draconem uocant Lazius cap. 9. sect. 2. l. XII. sed redeo, inquit, ad iter coeptum, quod per ditionem Saxonum contra ortum suscepimus, in quo uiminum persistentes bidui à cibinio per saltus, et montes difficiles, qui Sarcan Ungaris à dracone uocantur; Coronam peruenimus tractus illius metropolim.

SICVLI et VNNI sunt ijdem. lege infra in lit. V. ubi hac dictio incipit. Unni aliter Siculi.

SEVERIANVM oppidum est Moesiae infra pontis Traiani ruinas. Lazius cap. 9. sect. 2. l. XII.

SEGESTA ciuitas est Pannoniae non procul à Sirmio. huius meminit Strabo l. VII. et Appian. Alexan. in Illyrico. Lazius cap. 9. l. XII.

SIRMIVM Pannoniae ciuitas est à Sirmo Triballorum rege nuncupata ut Strabo, libro VII. geographiae tradit. quippe qui autor est Augustum Caesarem ibi horrea contra Dacos habuisse. Lazius cap. III. l. XII. Sirmium aut Procopius l. 3. in Dalmatia ponit legationem Langobardorum explicans; Gepides Imperator, ait, Sirmium habent. Romanos in seruitutem abducunt, et uniuersam Dalmatiam

Ex Lazio de rep. Romana.

Dalmatiam sui iuris fecisse iactant et rursus: Gepides insuper, ait, Sirmium urbem, et Dalmatiae alias ciuitates maioram in partem praeoccupantes tenebant, quas Imperator à Gothis receperat. Lazius cap. VI. l. XII. Idem cap. 2. sect. 2. l. XII.

SPILIMBERGI mentio fit in priuilegio, quod Conradus 2. Imperator impertiuit Duci Granicpergi Austriae Satrapis, qui interfuerunt, inquit adorant testes, infra notari fecimus, quorum nomina haec sunt. Ludouicus. S. Rufinae Episcopus Apostolicae sedis Legatus. Engelbertus Bambergensis Episcopus. Embrico Uuirciburgensis Episcopus. Scito Maniensis Episcopus. Ladislaus Dux Boemiae. Haynricus Marchio orientalis. Haynricus praefectus Ratisponensis. Gothefridus castellanus de Nurenbercho. Comes Lutolfus Gryan de Styra. Uualtemus de Clamo. Adalbertus de Bergen. Rapato miles Dei. Fridericus, et Adalbertus de Truendingen. Tibertus de Spilberg. Ebrardus de Juchman. Lazius cap. primo sect. 2. l. XII.

SCARABANTIA oppidum Pannoniae superioris est, cuius meminit Ptol. l. 2. geographiae, ac Plinius cap. 24 l. 3. qui tamen illam SACARBANTIAM ~~Iuliam~~ uocat per transpositionem literarum. Nouicis, ait, iunguntur Lacus Peiso. deserta Boiorum. Iam tum colonia D. Claudij Sabaria, et oppida Sacarbantia, Iulia. Lazius cap. 2. sect. 2. l. XII.

SPILIMBERGUM est oppidum Styriae in Austria superiori sub ditione comitum Marburgensium. Lazius cap. 4. sect. 4. l. XII. Oltimum, inquit,

fuit

Ex Lazio de rep. Romana.

fuit qui Marburgi rem potiebatur Vilchinus, qui ob rebellionem captus à Leopoldo Austriaco erat. filijs in Austriam superiorem translatis. ubi in fidem castra acceperat Hohenuangum. Spilbergum. ortum. Atersecum ac Lacu Gmundensem.

SORNIVS Romanum est nomen. Lazius cap. II. VI sect. et l. XII. id hac inscriptione ostendit, quam esse ait in parietibus quibusdam Celeiae urbis.

T CARMAEO FINITIA AN. LXXX. SORNIAE SECVNDAE. AC T. CARMAEO AVITO AN. XX. SORNIA MAXIMA PARENTIBVS F C.

SELLE locus est ad ripam Draui, quem alij Zigetum uocant. abest quatuor à quinque ecclesijs milliaribus. et ab Ungaris Sello nominatur. Lazius cap. 2. sect. V. l. XII.

SPILIMBERGVM Foroiulij oppidum est, quod Lazius cap. 3. sect. VI. l. XII. opinatur Billilum olim nominatum fuisse. Sic, ait, Billilis memoriam in Spilimbergo quaerimus, accedente ueteri nomini aspiratione barbarorum S litera, et bergi solita Teutonicis terminatione, locum.

SICAMBRIA Ciuitas est Panoniae inferioris, et hodie Buda uocatur à Buda fratre Attilae. quem ipse interfecit. Ungari Scambri eam uocant. Lazius cap. XIII. l. XII.

Salisburgum Norici oppidum Iuuauia olim, seu Iouiacum appellabatur. Lazius cap. IX. sect. VI l. XII. Salisburgenses aut à maxima salis ~~[illegible]~~ costione denominati sunt.

Ex Lazio de rep. Romana.

SECCIUS vir Romanus fuit, ut patet
hac inscriptione, quam Lazius ait esse Pa-
tavii.

FAUSTINIANO VECT. ILLYR. VILIN.
GENUS FIL. FELIX LIBER. HERES
SCRIPTUS EX SEPTUNCE EIUS BO=
NORUM MONUMENT. POSUERUNT
SECCIUS SECUNDINUS VET. LEG.
I. ALP. F. EIULA SEVERIA CON.
EIUS SIBI ET SECCIO SECUNDINO
FIL. ET MARIO MAXIMO ET SE=
CUNDAE NEPOT. SUIS VIVI FE=
CERUNT ANNO XXV.

STYRII populi sunt Norici, et olim
Taurisci appellabantur. Germani enim taurum
ain Styr uocant. Lazij cap. III. sect. VIII. l. XII.

STYRA oppidum Norici est, quod prisci
Gesodunum uocarunt à Tauro insigni
Romanorum, à quo etiam populi Tau-
risci etiam denominati sunt, qui hoc oppi=
dum condidere, quod Gesodunum uocati
sunt. Lazius cap. III. sect. VII. l. XII.

SPILIMBERGUM Norici oppidum
quondam fuit Danubio circundatum, regulis
cuius Lauracum Civitas erat subiecta.
Lazius cap. V. sect. VIII. l. XII. diffusius
lege supra in lit. L. ubi hac dictio
incipit Lauracum Civitas.

Ex Lazio de rep. Romana.

Scalaburgum Austriae oppidum est prope mediam, à Scala comites illud possident, quibus originem comites à Plein indidere. Ex quibus fuere Symon, et Sigefridus Patriarcha Aquileiae; hinc etiam comites Goricia originem sunt adepti. Lazius cap. VII. sect. VIII. l. XII

Ex Rhapsodijs Sabellici ab orbe condito.

Spes (ut ait Hesiodus) sola bonorum omnium reliqua hominibus fecit. ... lib. primi. ... Spes ait nihil esse tam arduum, atque tam difficile quod tamen non conficiant, et industria. ... lib. primi.

SCYTHARVM populi diversi, et mores. qui à SCYTHA Herculis filio denominati sunt. Sab. l. p. Aen. p. fol. 3 ...

SATVRNVS quare filius coeli creditur est, lege signa in lib. I. ubi haec dictio incipit. Jupiter in creta. ...

SCAENAE oppidum Palestinae fuit, quod Jacobus, qui et Israel, post reditum ex Mesopotamia cum filijs et ux. habitavit. SEIRVM vero Palestinae oppidum est. quod habitavit Esaus eius frater. Sab. lib. Enn. 3. fol. VIII

SOMNIORVM interpres fuit Josephus Israelis filius. dum enim esset carcere inclusus in Aegypto una cum pincerna regis, qui dum somniasset se vidisse tribus praeditum ramusculis palmitem vidisse tribus praeditum ramis; qui cum tempestive maturuissent, essetque à se refecti, ac expressi, subito regi musto propinasse interpretatus est illum post tertium diem libertati restituendum fore: ac sic evenit. praeterea cum praefectus pistorum somniasset se cistas tres capiti impositas panis duas, et reliquam ferre, ac etiam miscendi obsonijs ... portionas volucres infestissimo volatu diripere interpretatus est illi crucem portendi, observarque volucres illius carnes direpturas, et ita evenit. fuit etiam interpretatus Pharaonis somnium per vaccas septem videlicet pingues, ac spicas septem frugiferas septem annos fertiles, ac per septem macras septem steriles successuros. Sab. lib. Enn. 3. fol. 9.

Ex Sabellico, ab orbe condito.

SPARTE urbs Laconiae fuit, quam condidit Spartus Phoronei regis filius ea tempestate, qua Israel in Aegyptum ad Josephum filium migrauit, ut Eusebius tradit. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. XI.

SACRA, et ceremonias primi Aethiopes inuenere, unde Homerus fabulatur Jouem ac coelicolas apud Aethiopas coenare. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. XI.

SUFFRAGIA olim Atticorum uiri, ac mulieres promiscue inibant. cum igitur Cecropis regis tempestate urbs contro= tio essent, an oppido, quod deinceps fuit nomen Athenarum, illud à nomine Mineruae, quam Graeci Athena dicunt, an potius à Neptuno nomen imponi deberet, ac mulierum in urbe, quam uirorum maior esset copia, et illae mineruae; uiri aut Neptuno fauerent; uoti foemina com= potes fuere: ac ita Mineruae nomen urbi impositum est. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 14.

SEMINA munda terrae condenda sunt, non aut commixta. neque enim dissimilium communione gaudet natura. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 20.

SOL cur cursum firmauit, dum Josue cum exercitu Israelitarum contra reges Cana= neorum Gabaonem oppidum obsidentes pugna= ret. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 22.

SYRUS Apollinis filius nomen prouinciae dedit. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 23.

SICANI fuerunt Hispaniæ populi, qui cum SICULO rege in Latio consedere, mox ab Oenotrijs, et Aboriginibus inde pulsi, traiecere in Siciliam insulam, quam à se SICANIAM, à Siculo autem eorum rege SICILIAM nominarunt. quæ à triquetra figura prius dicta est Trinacria, et Trinacris postea. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 33.

SAMSON Herculi æqualis fuit. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 36. Sanson robustum, ac fortem significat. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 38.

SOMNIUM hoc quidam in castris Amalechitarum, et Arabum somniavit. panem s. hordeaceum per universa castra cum tabernaculorum strage provolutum, impactumque ijs locis, quibus reges tenderent, omnia subita ruina disiecisse. hoc quidam ita interpretatus est. panem hordeaceum rem esse despectissimam, ut Israelitæ tunc erant omnium mortalium despectissimi, ac proinde curari, ne aliqua interpretata clades inde præcederet. quod cum GEDEON, Effraita Ioasi filius hebræus audivisset, victoriam cum Amalechitis, et Arabas fuit adeptus. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 37.

SICHE urbs Palestinæ fuit, quam Abimalechus delevit funditus, et ad memoriam posterorum salem spargi iussit pro tritico, ubi area urbis fuit. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 37.

SINGULARI certamine dimicavit Iolaus Herculis filius, et Atreus Mycenarum rex. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 37.

Ex Sabellico ab orbe condito.

SAMSON ex Manue Danitano hebraeo genitus est, ac Herculi aequalis ~~fuit~~ fuit. fortem, ac robustum Samson significat. is cum à Judaeis traditus esset vinctus Philisteis, ac se sponte vinciri obtulisset, ad Philisteos adductus manicas rupit, et arrepta maxilla Asini ad mille hostium interfecit, et cum hostes turbatos insequeretur, ingenti aborta siti, cum eam diu tolerasset, precibus aquam ex maxilla suavissimam impetravit. unde locus maxilla dictus est, in quo id contigit, ut Josephus autor est. is, cum Gaza oppido esset occlusus, et ab hostibus quereretur ad supplicium, portas Gazae avulsit, ac in cacumen Hebronis oppidi Palestinae attulit. Sab. l. VI. Enn. p. fol. 38.

SAMSONI comam fatalem Dalida meretrix Gazae oppidi Palestinae ademit. et Philisteis prodidit, qui eum excaecarunt. dum vero, iterum coma esset aucta, ipse Philisteorum tria millia, dum in templo epularentur, secum obruit. Sab. l. VI. Enn. p. fol. 38.

SPYNX in Aethiopia animal est fusco pilo, mammis quae in pectore geminis, prope ad hominis effigiem accedens, quae si hominem praevideat, solo obtutu necat. contra si visu praeventa sit, extinguitur. Sab. l. VII. Enn. p. fol. 39.

SAVLVS rex primus Israelitarum fuit. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 45. qui ait eos opera vanis ~~[illegible]~~ ceravisse.

SICELECHVS vicus Palestinae fuit quem Achus Gethae urbis rex Davidi largitus est habitandi gratia. eum locum David, postquam rex fuit, incredibili studio celebravit. Sab. l. VIII. Enn. p. fol. 49.

Ex Sabellico ab urbe condita.

SAGA mulier in Endoro ciuitate Palestinae iussu regis Sauli manes Samuelis uatis carmine magico exciuit, qui Saulem ignem, et filios eius in acie perituros dixit. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 49.

SOLYMI fuerunt Lyciae populi, a quibus condita est SOLYMA urbs Palestinae, ut nonnullis placet. quam rex Dauid arci coniunxit, ac Hierosolymam uocauit, munitio siquidem ab hebraeis Hieron dicitur. Strabo ait Mosen illam condidisse. Sab. l. IX. Enn. 3. fol. 50.

SCRIBAM sacrorum Dauid rex Hierosolymae instituit Sarraiam Joabi ~~fratrem~~ filium aliqui uolunt praefectum militiae illum Saraiam instituisse, quod primus in murorum arcis Hierosolymae urbi fastigium ascendisset. Sab. l. IX. Enn. 3. fol. 51.

SIDON a Phoenicibus piscis uocatur, unde SIDON urbs Phoeniciae a frequentia et ubertate piscium denominata est. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 54

SESACHUS rex fuit Aegyptiorum, qui Roboa Israelitis regnante urbem Hierosolymam cepit. SESOSTREM uocat Herodotus. Sab. l. 9. Enn. 2. fol. 58.

SATUM mensura genus est (ut Josephus scribit) modium unum Italicum et dimidium capiens. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 61.

... ab orbe condito

SVFFRAGIA ita Lacones inibant, conclausi siquidem comitio propinquum subibant, unde ipsi neque ullum viderant, neque ab ullo videbantur. cum primo, aut altero ac loco competitorum nomina dicebantur sortito, et quantum vocum assensus ad singula nomina ... esset diligenter attendebant et ... in tabula suffragantes qui plurimis vocis induisset is victor erat comperto. Sab. l. 8. Enn. 2. fol. 63. Suffragia non calculis, sed clamore Lacedemonij ferebant. Sab. l. 5. Enn. 3 fol. 154.

SARDANAPALVS rex Assyriorum Tonosconditur est. Sab. l. 2. Enn. 2 fol 65.

SELLVS vir fuit Samaritanus, qui Zachariam Hieroboam filium regem Samariae interfecit, ac regnum occupavit, à Manahem, eius copiarum praefecto vincitur, ac extinctus est. Sab. l. 2. Enn. 2. fol. 66.

SENES à veteribus Latinis optimi viri appellabantur, unde Senatus dictus est. Sab. l. 2. Enn. 2 fol. 70.

SOLIS umbra precibus Esaiae prophetae X gradus retro, unde venerat, dicitur abiisset, ut Ezechias rex Israelitarum crederet filium ex illo nasciturum, sicuti natus est postea Manasses nomine. Sab. l. 3. Enn. 2 fol. 74.

SCHEREA olim Corcyra insula dicebatur. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 75.

Ex Sabellico ab orbe cōdito.

SIBYLLAE decem fuere: una Persis omnium vetustissima, cuius Nicanor scriptor rerum Alexandri meminit. Secūda Lybica, quā in proemio Lamiæ Euripides celebravit. Tertia Delphica est, mox Cumaea, cuius Naevius in bello Punico, Piso in annalibus, et Crysippus in libro de rebus divinis meminerunt. Quinta Erytraea, quā civem suā Apollodorus fuisse attestatur. hæc Ilij excidiū vaticinata est, ac Homeri mendacia scripturū. Sexta fuit Samia, cuius celebre nomen Eratosthenes in annalibus Samiorū fuisse autor est. Septima Amalthea nomine, aut Demophile, sicut plerique aiunt, quæ Cumis habitavit, et Tarquinio regi libros attulit, in quibus fata Romana erant. Octava fuit Hellespontia Troiano agro nata. Heracliti Pontici relatu celebris. Nona etiā Phrygia fuit. Decima Tyburs nomine Albunea: cuius simulachrū Varro tradit postea repertū in Aniene. negat Plinius id sibyllæ fuisse ratus Albuneā diversā fuisse à sibylla. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 75. b.

SACERDOS Vulcani, ac Aegyptiorū fuit rex Sethon. ~~qui~~ à quo usque ad Minetem, qui rex primus ibi fuit, Herodotus progenies hominū trecentas intercessisse autor est. ac unā, et quadraginta quæ undecim millia annorū efficiunt, trecentos que ac sexaginta: ut centum anni tres contineant progenies. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 81. b.

Ex Sabellico ab orbe condito.

SOMNUS Epimenidis Cretensis adeo fuit longus, ut in quadam Spelunca quinquaginta septem annos pressus somno iacuerit, et tunc demum excitatus cum in apertum exiisset, faciem rerum circa se tam brevi mutatam obstupuit, et visus est sibi paululum dormisse. Fuit Epimenides Solonis tempore ac aetate ut refert Sabellicus [illegible] Sab. l. V. Enn. 2. fol. 86.

SPACO lingua Medorum canis indicatur, sic nominata fuit uxor bubulci Astyagis regis, qui Cyrum educavit, [illegible] Cyrum educasse. Sab. l. V. Enn. 2. fol. 90

SOL a Persis pro numine colitur, et Mitra nuncupatur. Sab. l. VI. Enn. 2. fol. 91.

SAIS Aegypti fuit urbs, et Amasis regis regia. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 97. in ea urbe templum rex Minervae constituit, cuius tectum exteriore parte unius, et viginti fuit cubitorum, quatuordecim latitudo, sublimitas octo. Sab. ib.

SCEVUS a graecis vocatur sinister, ac ob id Mutius, qui contra exercitum Porsenae opposuit se, ut Romanos tueretur, Scevola nuncupatus est, postquam dextram combussit. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 105.

SERVI a Scythis, ne lac furarentur, luminibus privabantur. Sab. l. VIII. Enn. 2 fol. 105.

SAGITTAS, cum tonat, populi Thraces in coelum excutiunt minitantes superis. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 106. hos Getas esse idem Sab. esse ait. l. VIII. Enn. 2. fol. [illegible]

Ex Sabello ab orbe condito.

SYRI cappadoces uocantur. Sab. l. VIII: Enn. 2. fol. CXII.

SICILIA minor t'axur insula uocatur, a'ij Strongilon aliqui syrian. et Dionysiada a fertilitate cinnamum. Sab. l. p. Enn. 3. fol. 122.

SIRIMONII Thraciae populi fuere. qui Asiam postea coluere, ac ibidem Bithini uocati sunt. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 128.

SEDITIO intestina tanto deterior est bello, quanto bellum ipsum deterius est pace. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 129.

SCRIBIS templi Hierosolymitani Xerxes noluit aliquod tributum imponere: id enim epistola indicat Esdrae sacerdoti data. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 135.

SICELVS cognominatus fuit T. Caelius: qui una cum Au. Sempronio Atratino, et L. Attilio Longo primus militum tribunus Romae fuit ex T. Genutij sententia. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 148

SCRIBARVM ministerium Romae fuit censoribus subiectum, ac etiam cura tabularum et formula censendi. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 148.

Ex sabellico a' orbe condito.

SCIENTIA unicum bonum, ignorantia unicum malum est. sicuti ait Socrates. Sab. l. V. Enn. 3. fol. 150.

SEPULCHRUM virorum fortium tota terra dici potest, ut Pericles in busto virorum fortium laudator ait. Sab. l. V. Enn. 3 fol. 155.

SALETHUS vir fuit Lacedemonius, qui ad Mitileneos, qui ab Atheniensibus defecerant, in fide continendos accessit, et Mitilene illi dedita obtruncatus est. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 159.

STRATUM civitas est Thessaliae, quam fluvius Achelous interfluit. Sab. l. VI. Enn. 3 fol. 158.

SACERDOTES Cereris Alcibiadem noluerunt devovere, ac execrari. Suum enim esse dixerunt orare: non autem devovere, aut execrari. Sab. l. VII. Enn. 3. fol 169.

SPES in extremis etiam sola mortalis robur sese mortalibus non subtrahit. Sab. l. VIII. Enn. 3 fol. 173.

SACERDOTES apud Cyzicum captos Alcibiades Atheniensium dux sine precio dimisit. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 176.

SCYTALA libelli genus apud Lacedemonios fuit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 181.

SACRIFICABANTUR hostiarum loco pueri, et infantes à carthaginensibus. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 181. edito cur id facerent Darius Persarum rex prohibuit. Idem fol. 182.

Ex Sab. ab orbe condit.

SACRA fluvius est Rheginorum Italiae populorum, qui Siciliae obiacent, ubi XV. millia Locrensium cum CXX. Crotoniatum millibus dimicarunt, et victoriam sunt consecuti. ferunt Aquilam Locrensium aciem, quamdiu pugnatum est, circumvolasse, duosque paludatos iuvenes albis equis sedentes ab utroque cornu pro Locrensibus visos dimicare. qui parta victoria confestim evanuere. crediti sunt Castor, et Pollux. quibus gemina ara in extrema ripa fluminis posita sunt. cum enim Locrenses à Lacedemonijs supplices opem imploravissent Spartiatae longinquam militiam detrectantes à Castore, ac Polluce iubent legatos auxilium implorare. id omen Locrenses secuti Castorum templum ingressi rem ibi divinam faciunt, pulvinariaque ambobus in navi componunt, velut propitiatos secum vehentes. victoriae huius tanta fuit celeritas, ut eo die, quo in Italia pugnatum est, Lacedemonem, Corinthum et Athenas pervenerit. apud graecos inde proverbium emanavit, verius rebus ad Sacram gestis. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 182.

STERNVTAMENTO exagitantur equi apud Sybaris Italiae fluminis poti. Sab. l. g. Enn. 3. fol. 182.

SVTRIVM oppidum uno, ac eodem die Hetrusci Romanis ademere, ac Hetruscis Camillus Romanorum Dictator. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 189.

Ex Sab. ab urbe condita.

SESTOS Asiae oppidum est contra Abydum septem stadiorum, uel (ut alii tradunt) octo ab Europa diremptum. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 193.

SACRA cohors apud Thebanos erat, quae amatores continebat. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 195. (quae sequitur in lit. C. ubi haec clausula haec incipit. Cohors sacra.)

L. SEXTIVS primus ex plebe consul Romae fuit cum Sp. Furius Camillus fr. Dictator secundo Gallos cecidit. Sab. l. 2. Enn. 4. 197.

SASSVLA agri Tyburtini fuit oppidum quod Romani occuparunt M. Fabio Ambusto, et T. Quintio consulibus. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 202.

SORA Volscorum fuit oppidum, quod M. Fabius Dorsuo, et Seruius Sulpitius Camerinus consules ui ceperunt. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 202. eadem Q. Petilio, et C. Sulpitio coss. quidam Romani prodidit. Sab. l. vi. Enn. 4. fol. 239.

SIMVLACHRVM in crepusculo noctis nihilominus specie Dion Syracusanae libertatis assertor pauimentum uerrens intuitus est. unde postea interfectus est. Sab. l. 3. Enn. 4 fol. 201.

P. SALONIVS uir Romanus fuit, alternisque annis nunc Tribunus fuit, nunc primus Centurio, quem Primipilum dixere. ob id L. Genutius Trib. pl. legem tulit, ne quis intra X. annos eundem magistratum caperet. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 205.

Ex Sab: ab orbe condito.

SATVRA fluuius Latij est, iuxta quem C. Marius consul Aricinos, Lanuuinos, Veliternos et Antiates superauit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 208.

SEMONILANVS Priuernatium Latij populorum fuit Dux, cuius bona Vitruuij Fundani hominis scelestissimi, et à Romanis alienati L. Aemylius Mamercus, à quo Priuernum oppidum captum est, consecrauit. et Vitruuij aedes diruendas censuit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 209

SOPOR, et coitus Alexandro magno, ut ipse ad Parmenionem scripsit, mortalitatem innuebant. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 213.

SILENTIVM à Persis mirifice obseruatur, nullumque grauius probrum apud eos, quam linguam uindicatur. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 214.

SCOPVLVS extra urbem Hierosolymam locus est, quem Iudaei indigenae uocant Saphim. ubi Alexander magnus Iaddum Pontificem obuium habuit, et Deum eius [illegible] ueneratus est. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 214.

SAGITTAM Persae tygrim uocant, hinc Tygridi fluuio inditum est nomen, cum uelocissimus omnium orientis fluuiorum natura sit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 217.

SINGVLARI certamine dimicauit Dioxippus Atheniensis pugil, et Horatas Macedo in India dum Legatos Indorum Alexander magnus conuiuio excepisset. –

Dioxipp..

Ex Sab. ab. orbe condito.

SVPERSTITIO regit multitudinem, et nihil quidem aliud tam facile: saeua alioqui, impotens, mutabilis ubi aliqua religio animum incessit melius uatibus, quam ducibus paret. Sab. l. VI. Enn. 4 fol. 217.

SVPPLICII genus dissphendomen apud ueteres barbaros fuit. tale aut illud extitisse aiunt ut proceras arbores multa ui in se curuatas intenderentur, inde singulis corporis partes singulis alligatas remissis subito cacuminibus in diuersos discerpta sint. hoc supplicio Bessus, qui Darium regem Persiae occidit, extinctus est. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 226.

Dioxippus coronatur, atque dein mittitur, et hac manu puniceam gerens amiculum, altera grandem, ac nodosum stipitem. Dioxippus uero accinctus gladio, laeuaque lanceam habens, et aureum clypeum dextera leuioremque hastam, quam Macedones Sarissam uocant. succubuit tum Macedo. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 230.

SAMI regnum in India est, quod Alexander magnus debellauit. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 230

SALVTATIONIS uox apud Indos Cala est inde Graeci Alexandri magni comites unum ex Gymnosophistis Indiae Calanum dixere, quod ad omnem occursum amicorum Cala uocem frequentaret. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 232.

SCRIBA fuit C. Fuluius Cn. filius, patre libertino, humilique fortuna natus, in ulla nobilitate Aedilis curulis factus est. in eius ordinis

inuidiam

inuidiam) ius ciuile repositum in penetralibus Pontificum, euulgauit, fastosque in albo proposuit, ut quando lege ageretur, sciri posset. Aedem concordiae, quia ordinum reconciliationem uouerat, in Graecostasi supra forum (Licinius in Vulcani area fuisse ait) non sine ingenti patrum indignatione dedicauit, et in collegae domo, cum forte ad eum aegrum officii causa uenisset, itaque nobilium iuuenum nemo uenienti assurrexisset, curulem sellam apponi sibi iussit, anxiosque liuore inimicos ex loco honoratissimo spectare non dubitauit. Comitia, quibus ille honorem adeptus est, tantum indignitatis habuisse dicuntur, ut plerique nobilium aureos annulos, ut Licinius scribit, et phaleras deposuerint. Plin. priuatum nullum aurei annuli usum ea tempestate fuisse arbitratur. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 226.

SORA et Alba coloniae Au. Genutio, et Seruio Cornelio coss. in Aequis deductae sunt, cum Demetrius in Arabas et Nabathaeos expeditionem fecit. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 238.

STATVAS CCC. aeneas Demetrio Phalereo, qui Athenas permissu Cassandri Macedonis regebat, ipsi ciues Athanienses erexere; ac ex illis equestres plurimas. dum uero Demetrio regi Phalereus cederet, ad Thebas esset profectus cum amicis, et domesticis, Athanienses omnes eius statuas euertunt, praeter unam, quae in arce fuit. Demetrius de statuarum euersione factus certior, dixisse fertur, at illi uirtutem auctoris non potuerunt. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 242

Ex Sab. ab orbe condito.

SINGULARI certamine Pyrrhus Macedoniae rex cum Pantacho Demetrio regis duce dimicauit, ac uictor euasit. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 244.

SPLENE laborantibus dexter pes regis Pyrrhi regis Epirotarum medebatur. digitus maximus pedis post mortem cremari non potuit. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 246.

SINGULARI certamine Pyrrhus Epiri rex cum Mamertino quodam lacessente dimicauit, ac eum interfecit. Plutarchus autor est ita ualido Pyrrhum aduersarii caput percussisse, ut uehementi ictu usque ad infimas partes ferrum descenderit, defluxerintque ad terram hinc inde dimidiati corporis partes. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 250.

SERNIA colonia deducta fuit à Romanis eo anno, quo Hiero Syracusanus rex cum Romanis pacem iniit. ac Junius Decius Junius Brutus primus in urbe gladiatorium munus edidit. Sab. l. IX. Enn. 4. fol. 253.

SEGESTA urbs est Siciliae in australi ora sita, eam C. Duellius Romanorum consul post adeptam con Carthaginenses naualem uictoriam ui cepit, et insuper Macellam urbem. utraque ciuitas mediterranea est. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 254.

SERPENS apud Bagradam fluuium Africae tantae magnitudinis fuit, ut eius exuuiae CXX pedum longitudine fuerint. M. Attilius Regulus consul

Ex Sab. ab urbe condit.

consul cum exercitu infestantem balistis, et catapultis ueluti moenia quadam grauissima expugnauit. cuius exuuias, et maxillam usque ad bellum Numantinum in publico dicitur pependisse. Sab. l. 9. Enn. 5. fol. 255.

SERRA. locus Chartagini proximus est, ubi Hamilcar carthaginensium dux Spendium, ac eius exercitum deleuit. Sab. l. 9. Enn. 5. fol. 260.

SCISSA hispaniae urbs mediterranea est, quam plerique Cissam uocant. Scipio Africani frater eam cepit, et Hannonem itemque Galanque ducem Chartaginensium uictor in potestatem habuit. Sab. l. 9. Enn. 5. fol. 269.

SCRIBA fuit Pontificum L. Cantilius eo anno, quo Annibal exercitum Romanum ad Cannas deleuit. Cantilius incesti cum Opimia, et Floronia Vestalibus patrati conuictus adeo atrociter in foro a Pontifice flagris caesus est, ut inter uerbera expirauerit. una ex uestalibus ad Collinam portam uiua sub terram necata est, altera sibi mortem consciuit. Sab. l. 2. Enn. 6. fol. 274.

SOCIETAS malorum, nisi Iustitia, et aequitas in medio seruetur, facile frangitur. Sab. l. 2. Enn. 6. fol. 276.

STADIVM CXXV. passus continet, ita ut octo stadia milliarium efficiant. Sab. l. 2. Enn. 6. fol. 276.

Ex Sab. ab urbe condita.

SVBIVS Virius vir fuit Campanus, qui ciuibus Campanis persuasit, ut à Romanis deficerent ad Poenos, et Annibalem his conditionibus, Ne quis Imperator, magistratusue Poenorum ius in Campanum ciuem haberet, neue Campanus inuitus militaret, munusue aliud ederet obiret. Ut suae leges, sui quoque magistratus Campanis essent. ut ccc ex captiuis Romanis Poenus Campanis daret, quos ipsi legissent, cum quibus sui Equites, qui in Sicilia faciebant stipendia, permutarentur. Sab. l. 3. Enn. V. fol. 279.

STENIVS vir fuit Campanus opibus, et nobilitate, apud quem Annibal Imperator Carthaginiensium, degens Capuae diuersabatur. Sab l. 3. Enn. V. fol. 279

SINGVLARI certamine dimicarunt Taurea Iubellius Eques Campanus, et Claudius Asellius Eques Romanus. Claudius uictoria fugiente hoste adeptus est. Sab. l. 3. Enn. V. fol. ...

SINGVLARI certamine dimicarunt Badius Campanus, et Crispinus Eques Romanus, quo prouocatus, qui hostem primo congressu ad [illegible] deiecit. Sab. l. 4. Enn. V. fol. 281

SINGVLARI certamine dimicarunt Corbis, et Orsua Ibenses patrueles fratres in Hispania de Ciuitatis principatu inter se ambigentes uictoria fuit apud Corbim, Scipione assistente, qui maior natu, erat. Is usu, et peritia armorum facile stolidas, uires superauit. Sab. l. V. Enn. fol. 291.

C ~ 3.d.6. ab orbe condito.

SVFFECES apud Carthaginienses uocabantur ij, qui magistratum uelusque consules Romae gerunt. Sab. l. [illegible] Enn. VI. fol. 301.

SEPHVM in Thracia chersoneso fuit oppidum, quod Philippus rex Macedoniae occupauit, dum Romani ei bellum indixissent. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 305.

SEGESTIA fuit urbs Hispaniae, quam Portius Cato consul cepit admodum opulentam. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 309.

SELLAE oppidum est Laconiae supra Eurotam fluuium, ubi Antigonus rex Cleomenem primum Lacedaemoniorum tyrannum ingenti praelio uicit. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 309.

SALGANEA Boeotiae locus est, unde ex Boeotia in Euboeam transitur est. Menippus Antiochi regis dux ibi castra metatus est, ut copias quinque legati Calcidensibus auxilium ferentes excluderet. Sab. l. VI. Enn. V. fol. 312.

SYNADA locus est Phrygiae, ubi marmor nobilissimum inuenitur. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 316.

SALTVS Martius Ligurum Apuanorum locus est, ubi Q. Martius consul ab hostibus circumuentus quatuor millia militum amisit, et cum his aliquot signa militaria. Saltus ob id Martius a posteris uocatus est. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 319.

SCRIBA fuit L. Petilius in Sertir cuius libri Numae Pompilii reperti sunt, eo anno, quo Graviscas colonia in agrum Hetruscum deducta est. libri ipsi publice combusti sunt quod pauca ad religionem pertinerent praeterim. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 321.

SAXA Q. Voconius tribu. plebis cognominatus est, qui rogationem tulit, ne quis mulierem institueret. Porcius Cato legem suasit. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 322.

SINGULARI certamine M. Servilius vir Romanus ter, ac uicies ex ~~dim~~ provocatione dimicauit, ac hostem prostrauit. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 324.

SCRIBA fuit magistratuum Romanorum Alexander Persei regis Macedoniae filius, post mortem patris, Latinasque literas, et Romanum sermonem didicit. Sab. VIII. Enn. V. fol. 324

SABBATIS ut liceret pro uita contra hostes dimicare, ac pueros nondum recutitos circumciderent Mathathias Judae Machabei pater, qui ex Modino uico Palestinae fuit, primus legem tulit. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 325.

SALONIUS uir Romanus fuit, et cliens M. Porcii Catonis: Salonii filiam ipse Cato uxorem duxit, qui cum publicum exercitum Imperator duxisset, mortem obiit. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 326.

SOLEM opinio uetus fuit sub occasum maximis fluctibus immergi, ac ueluti candentis ferri instar lacum aliquem immersa fremorem quendam terrificum exaudiri. Sab. l. X. Enn. V. fol. 334.

Ex Sab. ab orbe condito.

SEXTIAE aquæ fuit oppidum non procul à Massilia, quod C. Sextius Proconsul condidit, et à suo nomine Aquas Sextias nominauit, ac præsidio firmauit aduersus Gallos, ad cohibendum quos Massilienses opes ad id ~~tanquam~~ impares fuerant. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 339

SICCA Numidiæ Ciuitas est, ad quam Jugurtha Numidiæ rex cum Metellum consulem dimicaturus profectus est. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 344.

SENATU à censoribus C. Marius eiectus est, quòd aquam frigidam per seruum allatam in publico bibisset, atque ita exijsset tam ciuiliter. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 345.

SACERDOTES à profano vulgo per interpositionem parietis in templo Alexander Judæorum rex, qui Alexandro fratri successit, ammouit, separauitque. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 349

SENTIUS vir fuit Romanus, ac Prætor Macedoniæ, Bruttiumque suum legatum habuit, qui conatibus Archelai ducis Mithridatis regis Ponti obstitit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 352.

SINGULARE ad certamen prouocatus fuit à Sertorio Metellus consul, qui præterquam grauis erat annis, haud ignauus cum, qui exercitibus præesset, ducis non militis mortem obire oportere, hominis id genus pugnæ detrectauit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 358.

SVCRO urbs est Hispaniae, quam vocat SVRVM Appianus, ibi Sertorius Pompeium vic et in eo praelio Pompeius femur sauciatus recessit. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 352

F. SANGA fuit cognominatus civis Romanus cuius patrocinio Allobroges utebantur. ei Allobrogum legati aperuere coniurationem Catilinae et sodorum. Sab. [illegible] Enn. VI. fol. 365.

SVPPLICATIO in XV. dies nomine C. Caesaris a senatu ob Gallos subactos fuit decreta. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 371.

SONTIATES populi Aquitaniae sunt, quorum oppida cum Caesar cos. navali praelio vicit, erant velut in peninsulis quibusdam et promontoriis sita, quae XII. quaque hora oceani aestu o

SONTIATES Aquitaniae populi sunt ferocissimi, quos P. Crassus C. Caesaris dux praelio vicit, Adiatonnoque cum sexcentis devotis, quos illi soldurios vocat ex eruptione in oppidum incluso brevi consecutus est, ut oppidani altro deditionem facerent. ibi paucis ante annis L. Valerius Praeconius legatus pulso exercitu fuerat interfectus, et L. Manlius Proconsul impedimentis exutus. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 372.

SYCAMBRI hodie Geldrenses vocantur. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 373

SOSIVS, et SILO duces fuerunt M. Antonii triumviri, et una cum Herode Ascalonita rege Judaeorum Hierosolymam urbem ceperunt, diripueruntque. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 399

SEGESTA urbs est Pannoniae Savo fluvio imposita. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 403.

Ex Sab. ab urbe condito.

SCETOVIA Illyridis fuit urbs quam Octavius Augustus in cepit. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 403.

SARMENTUS Octavij Augusti fuit Scurra, quem Delius Historicus dixit Romae falernum potare. M. Antonij amicus accidit accideus uinum insequi uindo Cleopatra ei succensuit atque ob id Delius ab Antonio discessit. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 404.

SINGULARE certamen M. Antonius Octavium Augustum Alexandriae provocavit Octavius respondit satis multas ei ad interitum uias patere. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 406.

SCURA hispaniae fluvius est ad quem Astures populi processere, ut Augusto Caesari obstarent. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 406.

SPE ... alebantur Druso Germanico contra eos exercitum ducente. Sicambri enim sibi captivos uendicabant. Suevi aurum, et argentum, Cherusci equos. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 406.

SAPIENTES ac reges magi a Babylonijs, et alijs quibusdam gentibus solam ... nominantur. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 407.

Ex Sab. ab orbe condito.

SVADERE principi, quod oporteat, perdifficile est, assentari facile. Sab. l. 2. Enn. VIII. fol. 419.

SITA insula est Germaniae, Oceanus omni à fronte alluit, à tergo, et lateribus Rhenus. Batavi populi ea tenuere. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 423.

SPVTO Vespasianus Caesar cuidam caeco visum restituit, et alteri tactu calcis firmiorem reddidit, cui prior debili crure laboraret. hanc opem uterque à Serapide in somnis demonstratam dictitabat. Sab. l. 3 Enn. VII fol. 423.

SABBATICVS Syriae fluvius est hinc nomen habens, quòd septimo quoque die quiescat. Satis constat à pleno flumine sex dies perpetuo aequando detrimento affici, ita ut septimo quoque die penitus exarescat alveus; mox denuo perpetuis incrementis totidem dierum spaciis ad summum augeri. fluit in medius inter Arcas, et Raphaneas Herodiani regni urbes. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 425.

SERVITVS omnis infida nisi voluntaria. Si qui ultro obtemperant, nullaque coacti necessitate sub alieno imperio degunt hi certe et benivoli sunt et ab omni assentatione alieni; contra impii, et perniciosi violenter, ac contumeliose habiti. nullum est animal contumacius homine, nullum maiore arte tractandum. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 431.

SEMIA mater fuit Heliogabali Caesaris, et una cum filio interfecta est. quidam Semiam eam vocant. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 438.

Ex Sab. ab orbe condito.

SOL à Phoenicibus Heleagabalus nuncupatus. erat figura talis Heleagali talis: lapis maximus teretior ab imo, sensimque propendens fastigiatur in coni figuram. niger illi color. hunc indigenae iactabant coelo delapsum. visebatur in lapide forma quaedam, quam Solis esse vulgo arbitrabantur, haud humano artificio fabrefacta. Sab. l. VI. Enn. VII fol. 438. Heleagabalus Caesar sumo*

SCRIBA fuit Opilius Macrinus, et tabellionatum exercuit, fuit et fisci aduocatus, ac demum Praefectus. Caracalla mox interfecto Imperium consecutus est. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 438.

* Soli uxorem dedit, ac simulachrum eius solis templo intulit, quod in suburbano aedificauerat. simulachrum ipsum Dido, cum Carthaginem conderet, sacrasse dicebatur. Afri Uraniam uocabant. Phoenices Astroarchen. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 439.

SICILIA uicus Galliae fuit, ubi plerique autumant Alexandrum Mameae Caesarem à militibus iussu Maximini cum matre obtruncatum. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 441.

SUDABAT nimium in modum Maximinus Caesar. sudoremque sui corporis ubertim fluentem calice excipiebat. ut interdum ex eo fuit sextarius impleret. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 441.

SCOTIA insula hodie dicitur, quae olim Hybernia. Sab. l. VIII. Enn. 7. fol. 455.

Ex Sab. ab urbe condita.

SILENTII cum triennio Agathon, qui Damasi Pontificatus XXXVIII. ac D. Hieronymi claruit, lapidem faucibus inclusum habuit. Sab. l. IX. Enn. VII. fol. 457.

... x Volfgango Lazio de rep. Romana.

Tursus praefectus fuit Maximiniani Caesaris et apud Treuiros iussu Rictiouarii magistri militum cum aliquot legionis Thebaicae militibus corona martyrii adeptus est. Lazius cap. IIII. l. primi fol. 3

Tibiscus: hodie nominatur in Pannonia fluuius, quem Ammianus Marcellinus Parthiscum vocat, et Lazius ~~[illegible]~~ cap. X. l. primi fol. [illegible]

Timauus phrygius dicitur Claudiano [illegible] Honorii consul.
Illyrici [illegible] plaga ~~[illegible]~~
Dalmatia ~~[illegible]~~ [illegible]

Tricesima genus vectigalis est in regno Pannoniae frequentissimum adhuc, quod ex [illegible], bouumque armentis potissimum accipitur. Adducit Lampridius in Alexandro Seuero. Vectigalia publica (inquit) in id contraxit, ut [illegible] decem [illegible] sub Heliogabalo ~~praestiterant~~ tertiam partem auri praestarent, hoc est tricesimam partem. Quadragesima, et quinquagesima eadem vena certe sunt. Sueton. in Vespasiano. Cum adhuc ordinis duceret, sacramento solutus per causam valetudinis tradunt publicanum quadragesimae in Asia egit. Corn. Tacit. l. XIII. Indixit abolitionem quadragesimae quinquagesimaeque, et quae alia exactionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Vigesima fuerunt etiam vectigalis genus. Iul. Capitolinus in Marco. Dedit praeterea aurum [illegible], ac etiam potestatem, ut [illegible] regiam, uel ad praefectum [illegible] uel [illegible] dos remitterent eos, qui ultra vectigalia iniqua ab alio exegissent; de [illegible] in hereditate, de tutelis librorum. Liuius VII dec. III. aurum vicesimarium [illegible] Caetera (inquit) ex[illegible] [illegible] ad belli erant consilium aurum vicesimarium quod in sanctiore aerario ad ultimos casus seruaretur, promi placuit. Lazius cap. XIIII l. [illegible]

Ex comment. Lazij.

Tabularius is uocatur, qui tabulis praeest ac nomina ingenuorum inscribit, atque is, qui est ingenuus, ac in tabulas ex professione refertur. Lazius cap. XIIII. l. 2.

Tergestum Istriae ciuitas est, ubi hoc elogium est.

Q. PETRONIVS. C. F. PVB. MODESTVS P. P.
LEG. XII. FLAM. ET LEG. I. ADIV. VICT.
TRIB. MIL. COHS V. PR. PR. DIVI NER=
VAE ET IMP. CAES. NERVAE TRAIANI
AVG. GERM. PROVIN. HISPANIAE CITER
ASTVRIAE. ET CALLETIARVM FLAM.
D. CLAVDII DEDIT. IDEMQVE DEDICAVIT.

Lazius, cap. 2. l. 2. Idem cap. 8. l. N.

Aliud

L. VARIO PAPIRIO PAPIRIANO IIVIR. I. D.
IIVIR. ID. Q. Q. PRAET. FABR. ROMAE.
ET TERGESTE FLAM. HADR. PONT.
AVGVR. COLLEGIVM FABRVM PATRONO
MERENTI.

Lazius, cap. 2. l. 2.

Trebia nomen foeminae Romanae fuit, quod hac innotescit rhapsodia, quae Mediolani est.

TREBIA. C. F. PHILVMENA SIBI ET L.
TINCIO MERVLAE VIVIR. IIIVIR. IIIIVIR
TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

Lazius cap. VI. l. 3.

Tyrones rudimento ingenio ij uocabantur, qui ad militiam euocabantur. ijdem ante constitutum ingenium addicti nominabantur. Lazius, cap. VII. l. 9.

Ex Com. Lazij de rep. Romana.

Treuga vocatur à Germanis et Francis vacatio militaris, quae fuit quadruplex. Prætoriana ex Priuilegio, ex gratia, et ob exanthlatam militiam. Lazius cap. VIII. l. 4.

TVBERIANICVS vir Romanus fuit, ut Lazius cap. X. l. 4. hac inscriptione in aedibus suis Vienna insculpta ostendit.

FORTVNAE CONSECR. GENIOQ. HVIVS
LOCI HONORATEI IVN. TVBERIANCI
TRIB. MIL. LEG. X. G. PP. T. CLAVDIAE
VALENTINVS CORNICVLARIVS EX
VOTO AQVIL. ET AEMIL. COSS.

TROSIVS vir Romanus fuit. Lazius cap. XIII. l. 4. lege diffusius in litera N. ubi haec dictio est Notariorum schola.

TITIANVS vir fuit Romanus, sicuti Lazius cap. XII. l. 4. hac inscriptione ostendit, quae Labaci Carniolae insculpta est.

M. TITIO M. F. CL. TI. BARBIO TITIANO
DECVRIONI AEMONAE. LEG. II. ADIVTRI.
ITEM LEG. X. FRETENS. HASTATO IN COH.
LEG. II. TRAIAN. EX CORNICVLAR. PR. PR.
LARGIA VERA F. PIISSIMO L. D. D. D.

TYRO duas habet significationes nam miles dicitur tyro et adolescens qui publice in foro posita barba et d. esita prætexta togam sumebat, qui actus peculiari vocabulo Tyrocinium vocabatur. Lazius. cap. XI. l. X.
Plin. l. VIII. Tanaquil texuit rectam tunicam
quia

Ex com. Lazij de rep. Romana.

qua simul [illegible] pura tyrocinium [illegible] nominis [illegible]. Sueto. in Augusto. Tertiumdecimum biennio post ultro p[et]iit, ut Caium, et Lucium filios amplissimo praeditus magistratu suo quemque tyrocinio deduceret in forum. Idem in Caligula, et Nerone multa de hoc.

TAVRIANA fuit una ex alis equitatus Romani Cor. Tac. l. XVIII. Accessere (inquit) partibus Valerius Asiaticus Belgicae provinciae legatus, quem mox Vitellius generum ascivit: et Junius Blaesus Lugdunensis Galliae rector cum Italica legione, et ala Tauriana Lugduni tendentibus. l. a Laz. cap. 2. l. vii.

TVRMA ex XXXII. equitibus efficitur, et qui illis praeponebatur, Decurio, ipsi vero Turmales nominabantur, dicta est Turma quasi Terdena, quod terdeni Equites ex tribus tribubus Tatiensium Ramnensium, et Lucerum temporibus primis Turmam efficerent. Lazius cap. 2. l. viii.

TROSSVLI, apud Romanos erant Equites, de quibus Plin. cap. 2. l. 33. sic scribit. Equitum etiam (inquit) ipsum Equitum nomen saepe variatum est, in his quoque, qui id ad Equitatum trahebantur, Celeres sub Romulo, Regibusque appellati sunt, dein Flexumines: postea Trossuli cum oppidum in Tuscis circa Volsinios hoc nomine pass. IX. mill. sine ullo adiumento peditum cepissent. eius vocabuli vis Duravit ultra C. Gracchum. Junius certe, qui ab amicitia eius Gracchianus scripta reliquit his verbis. Lazius, cap. 4: l. 6.

Ex com. Lazij de rep. Romana:

TVRRITA uocata fuit à ueteribus nauis Pretoria Lazius cap. VIII. l. XI. Virg. VIII. Aen.
Alta petentis, pelago credas innare reuulsas
Cycladas; aut montes concurrere montibus altis:
Tanta mole uiri turritis puppibus instant.

Toga Romana, ut Artemidorus 2. de insomnijs ait, Tibenus hodie dicitur à Temeno Arcade. Lazius cap. 3. l. VIII.

TITVLI olim uocabantur tegmina, quae sacerdotes capitibus gerebant. Item et cinctus mulierum ad uerticem capitis conuoluti. quare et TATVLI [illegible] uocabuntur Tituli, quasi tutuli, quod patria tuerentur. Item Tituli uocantur inscriptiones librorum, et imagines antiquorum, quae in funeribus ferebantur. Lazius cap. 3. l. IX.

TROIA ludus est puerorum ab Ascanio Aeneae filio institutus, sicuti Maro in V. Aenei. attestatur hodie non solum à pueris, sed ciuibus frequentatur, et hastiludium dicitur. Germani Turneamentum uocant, quasi TROIAMENTVM. Lazius cap. 2. l. X.

TARENTVM locus fuit prope urbem Romam, ubi Valesius ob liberatos à peste filios ludos saeculares instituit, unde hi ludi Tarentini appellati sunt, quemadmodum Val. Max cap. de institutis antiquis ait. Lazius cap. VI. l. X. { Romuleus inde appellatur. Martial. Et qua Romuleus sacra Tarentus habet. Auson. Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo. { tribus siquidem noctibus celebrabantur. } }

TERGESTVM in Istria hac habet inscriptionem vetus

CONSTANTIVS MVNERARIVS GLADIA:
TORIBVS SVIS PROPTER MVNERIS
MVNVS SEPVLCHRVM DEDIT DECO:
RATO, RHETIARIO, QVI PEREMIT
CERVLEVM, ET PEREMPTVS DE:
CIDIT, AMBOS EXTINXIT RVDIS.
VTROSQ. PROTEGIT ROGVS DECO:
RATVS SECVTOR. PVSNARVM VIIII
VALERIAE VXORI DOLORE PRIVVM
RELIQVIT.

TRAIECTVM ad ostia Rheni oppidum in agro Gallico est. hodie Utricum dicitur. Lazius cap. 1. sect. 2. l. XII.

TVR Helvetiorum fluvius est. Lazius cap. 3 sectionis 2. l. XII. qui sequitur, inquit, terrae tractus Rhoetiam usque, et lacum Venetum quem hodie Bodnersee dicunt, Taurisconi quondam fuit, à quibus Tur fluvius, et tractus ipsius non minima portio cognominata sunt.

TERIOLIS oppidum Romanum in Rhoetia fuit TIROLA hodie castrum dicitur. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

TIMETIVM et TVMELICVM oppida sunt Rhoetiae Timetium hodie Tyncen. Tumelicum Tumelesch dicitur. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

S

~~Exercitatio~~ dict rei. Romani.

TERGESTINVS fuit Rector Bononiae; qui Episcopatu Viennensi ~~hunt~~. Lazius cap. VII. sect. 2 l. XII.

TROIA oppidum est Iapidiae, quod Metullum prisci appellabant, ibi Augustus Caesar oppugnans ex ponte lapso crus ~~fregit~~. Germani Troias vocant loca deserta, et desolata. Lazius cap. VII. sect. 4. l. XII.

TERGESTVM Carnicus pagus est. Strabo VII. geographiae. pariter (inquit) à Tergesto pago Carnico transmissio est per promontorium ad paludem nomine Lugeum. Lazius cap. 3. sect. V. l. XII.

TIMAVI fontes prope Aquileiam sunt, ac Templum Diomedis olim ibi fuit, necnon lucus Iunoni Argivae, ac Dianae Aetolae, ut Strabo l. V. geogra. autor est. Lazius cap. VIII. l. V. l. XII. sect. V.

TIBEHIVM à Germanis Duinum oppidum vocatur, quod Pucino Foroiulij proximum est. Lazius cap. VIII. sect. V. l. XII. (idem Vadianus in Mela)

TERTIVS vir fuit Romanus; lege supra in A litera, ubi haec clausula incipit A nus uir.)

TRAIECTVS lingua Vngarica Pestho nuncupatur. Lazius cap. XIII. l. XII. Germanica Furt, unde Clanfurtum, id est, Glanae fluuij traiectus, quod oppidum Claudenfurtum, seu Clandonfurtum vocatur. Lazius cap. III. sect. VI. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

TAVREA fuit oppidum Norici mediterrani Teurniam Plinius uocat libro 3 cap. 24. Rhoetis, inquit, iunguntur Norici. oppida eorum Virunum, Celeia, Teurnia, Aguntum, quae Jl. Taurn Stephanus in catalogo urbium Taurin, seu Tauream, celticam uocat. Taurin, ait, uel Taurin Ciuitas Celtica est longe litantium Succiorum colonia. oppidani Taurentij. Apollodorus primo geographicorum ait, quòd Taurophoros erat nauis, qua transuehebatur ad Ciuitatem hanc fabros, qui relinquentes exercitum, et classem Phocensium, atque insistentes illic ab insignibus nauis, ciuitatem appellant, populi TAVRINI. Stephanus taurisci, et Taurinos ait eosdem esse. Taurisci, ait, populus propè montanas alpes, dicuntur et Taurini, ut Polybius tertio. Eratosthenes ipsos Teriscos uocat, in quinto dicuntur uerò et Troiani. Lazius cap. VIII. sect. VI. l. XII.

TAVRISCI populi fuerunt Norici, Terisci, Troiani etiam fuere appellati. Lazius cap VIII. sect. VI. l. XII.

TAVRISCI, et Styrij fuerunt ijdem, populi enim sunt Norici, uocati aut sunt Styrij, quòd Germani ainstyr uocant. Lazius cap. III. sect. VIII. l. XII.

Ex Sabellico ab urbe condita.

THESSALVS Graeci regis, à quo Graecia dnominatiōn habuit, filius fuit, ac nomen Thessaliae indidit; eo anno ibi regnauit, quo Iacobus Isachi filius Labano cui sacero gen[er] Carras urbem Mesopotamiae habitabat, pollicitus est, per alios septem annos inser-uire, ut Rachelam ux[orem] duceret, cui Lya eius soror ei fuerat suggesita.
Sab. l. 2. Enn. 3. fol. VIII.

THEBAS Boeotiae urbem condidit Ogyges rex. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. VIII.
Thebas Aegyptū prius dictā opinatur Herodotus. Sab. l. 3. Enn. 3. fol. 13.

TESTIS unus nō admittendus, nec duo quidem, nisi prius boni sit spectata fides. Tres rite testimoniū dicunt. Sab. l. 4. En. 3. fol. 20.

TESTIS mulier, neque seruus esse possunt, in hoc siquidem fortuna, in ea leuitas merito suspecta est. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 20.

THEBAE fuit urbs Aegypti à Busiride maiore (duo enim regnarunt ibi) condita, quae postea Heliopolis, hoc est, urbs Solis nuncupata est. Josephus Israelis filius, et fratres eam diutius sedem habuere. Herodotus Thebas ipsam Aegyptum uocat. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 21.

THEBAE urbs Boeotiae à Cadmo filio Agenoris condita sunt, et dictae à Thebis Aegypti urbe, ubi Agenor Cadmi pater ortus est, ac uidet profectus circa Tyrum et Sidonem cum Phoenice à quo Phoenicia consedit
Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 24.

Ex Sabellico ab orbe condito.

TAVRI, quos ignem uomentes poetae finxerunt uellus aureum custodire, uiri fuere ingenio ac truci admodum uultu, et similiter Draco ille. Sab. l. V. Enn. p. fol. 29.

TERGESTE Argonautae appulere, ac inde in Adriam ipsam nauem detulere. Sab. l. V. Enn. p. fol. 29.

TAVRVS uir fuit Cretensis, qui cum Pasiphae regina Minois uxore coibat, unde fabula de Minotauro efficta est. Sab. l. VI. Enn. p. fol. 34.

TROIA oppidum Latij fuit, quod quatuor a man Troiani Aeneae comitati condidere. Sab. l. VII. Enn. p. fol. 41.

THADAMVRVS ciuitas Syriae superioris fuit quam condidit rex Salomon. Palmyra fuit postea nuncupata. Sab. l. 9. Enn. p. fol. 56.

TONITRVS, et fulgura in contemptum Deorum imitabatur Romulus Syluius Albae rex, quem alij Remulum uocant. Sab. l. 1. Enn. 2. fol. 63.

TYRIA fuit campus Argolici agri, ob quem Argiui, et Lacedaemonij bellum diutinum habuere uicti tandem Argiui Spartanis possessione cessere. attulit ea clades tanta uictis indignationem ut legem sanxerint, ne tonsis capitibus uiri prius capillum alerent, quam Tyriam recuperassent, nec aurum mulieres gestarent, quam Tyriam recuperassent. Lacedaemonij aut contra, ut comati agerent, cum prius tonsi fuissent. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 74. et 75.

Ex Sab. ab urbe edita.

TELLVS, et Vesta eadem est, eandem Numa aedem Vestae sphaericam posuit. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 76.

TERMINVS à Romanis pro numine colebatur, unde Numa, ei aedem, et aram posuit, ut pacis, ac iustitiae esset arbiter. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 76.

TVLLVS Hostilius Numae Pompilio successit in regno Romanorum, et cum Cluilio Albanorum Dictatore dimicavit, dum aut Cluilius occubuisset, Albani Metium Suffetium dictatorem subrogavit virum neque bello idoneum, neque pacis firmum custodem. is cum exercitum contra Romanos ingentem comparasset, ne tanta strages oriretur, convenit cum Tullo, ut tres Curiatij, quos secum habebat, et Horatij tres, qui erant in exercitu Romano, vicissim dimicarent, et de summa rerum essent victores; Romani Albanis si curiatij, si aut contra Albani Romanis supponerentur. ut devictis Curiatijs evenit. Metius postea proditionis insimulatus in quatuor partes dissolutus est. Albanique nobiles in patriciatum Romae assumpti. coeteri aut in coloniam deducti. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 77. et 78. } oppidis

TVLMETIVM Foroiulij est, ego id nostrum opinor à Tullo rege Romanorum, et Metio duce Albanorum in memoriam rei supra gestae à colonis Aquileiam deductis.

TVLLVS Metij mutiatam defectione Pallori, et Pavori aedem vovit. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 78.

Ex Sab. ab orbe condito.

TELLENE urbs Latij fuit, quam Ancus Martius ui expugnauit. Sab. l. 4. Enn. secunda fol. 80.

TIBIAE fistulae, ac citharae Aliattem regem Lydorum agrum Milesium cum exercitu ingredientem praecedebant. Sab. l. 4. Enn. 2. fol. 80.

THEBAE ciuitas Aegypti à Busiride (ut Diodorus ait) fuit condita. centum habuit portas, et tota pensilis fuit, adeo ut numerosi exercitus nihil ciuitate sentiente à regibus ex urbe illa educerentur. cuius ambitus centum, et quadraginta stadiorum traditur. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 99.

TALENTUM Babylonicum libras Euboicas septuaginta efficit, Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. CI

TONAT cum Juppiter, Thraces in coelum sagittas excutientes minitantur superis, ut ait Herodotus. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 106.

TELINI, Jdeum Tusculani et Tiburtini Latinorum populi fuere, ac unà cum Ardeatibus, Rubetanis, Coranis, Aloreanis, aliisque contra Romanos militauerunt, duces quorum Sextus Tarquinius Superbi filius, et Octauius Mamilius Tusculanum duces fuere. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 109.

TABULAM aeream Aristagoras Milesius ad Cleomenem Spartae regem attulit, in qua totius orbis ambitus erat incisus, et mare, ac flumina circumerrantia. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. CXII.

Ex Sab. ab orbe condito.

TREBIUM ciuitas fuit Latinorum, quam Martius Coriolanus contra Romanos ducens expugnauit.

SOHDENT se in lucta Persa, ita quod interfecto Masisto duce, ad Asopum fluuium Boeotiae iuxta Erythras tetendunt se, equos, et iumenta de more patrio. Sab. l. 2 Enn. 3. f. 123

AV. TERMENIUS, et Sp. Tarpeius consules fuere cum Romilio dies dicta est à C. Claudio Cicerone, ac Veturio à L. Alieno Aedilis. Romiliusque X. millibus aeris, Veturius aut XII. damnati sunt. Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 141.

TERRAM glouosam esse Parmenides philosophus animi princeps esse dixit ac in medio sitam, duoque elementa ignem et terram, ignem opificis, terram materiae vicem ferre hominum generationem ex solo ortam, inter animam, et mentem nullum esse discrimen Sab. l. 4. Enn. 3. fol. 142

~~STRATUM Acarnaniae fuit oppidum Sab. l. V. Enn. 3. fol. 157.~~

~~SEX. TEGAH~~

SEX. TEMPANIUS vir fuit Romanus qui cum An. Sempronio consule contra Volscos ad bellum profectus, et consul incauto, ac negligenter exercitum

exercitum disposuisset, ac periculum esset, ne periclitaretur. Campanicos omnes equites ab equis fecit desilire: unde uictores Romani euaserunt. Sab. l. VI. Enn. 3. fol. 162.

TIBIIS ad iocunda praelia utebantur Lacedemonij, ut sedate per modulationem incederent. Sab. l. VII. Enn. 3. folio 166.

TERRACINAE oppidum est Latij pronum in paludes. Anxur alij uocant hoc eo anno Volscis Romani ademere. quo milites stipendium accipere inceperunt, cum prius de suo quisque ad id tempus contulisset. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 167.

TREPIVM ora Gnidiae promontorium est. unde Gnidij ipsi ab Atheniensibus oppugnati auxilium accepere, ac seruati sunt. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 174.

TVRPE, iustum, aut honestum nihil esse natura dicebat Aristippus Cyrenaicus, sed lege, ac consuetudine. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 192.

THEBE uxor fuit Alexandri Pherei Thessaliae tyranni, cum qua tyrannus congressus est, nisi prius à satellite fuisset excussa, ne ferrum sub ueste cubiculo inferret. Eius tamen modo parte fuit peremptus, quo sublato uelut arx quaedam ab omni insidiarum incursu erat tutus. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 195.

TELESIA fuit oppidum Samnitum. Sab. l. 3. Enn. 4. fol. 202.

Ex Sab. ab orbe condit.

TRIBALLI populi sunt Thraciae ad Istrum habitantes: Syrmus rex eorum fuit, quam Alexander magnus superauit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 209.

TYGRIS Mesopotamiae fluuius est omnium orientis fluuiorum natura uiolentissimus. inde nomen adeptus est. sagittam enim Persae tygrim uocant. Sab. l. v. Enn. 4. fol. 217.

TYGRIS fluuius ex montibus Uxiorum oritur, et stadijs ferme quinquaginta per syluas, et saxa ruit potius, quam fluat. Phasim accolae uocant. Sab. l. v. Enn. 4. fol. 219.

TANAIS fluuius, qui Europam ab Asia dirimit, ab ijs, qui Alexandrum magnum secuti sunt, creditus est alius Scythiae fluuius qui mare Hyrcanum ingreditur. quo errore Polycletus Tanaim ex Indiae montibus in mare Hyrcanum labi arbitratus est. hunc errorem Strabo redarguit. Sab. l. v. Enn. 4. fol. 222.

TEMVLENTIAE certamen Alexander magnus Calano gymnosophista extincto in India proposuit, ut bibacissimus quisque talenti unius corona acciperet. Promachus quatuor ingurgitans cantharos uictor iudicatur, nec unius diebus huic uictoriae superstes. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 232.

Ex. i. Sab. ab orbe. redito.

TIMIDVS adeo ~~admodum~~ fuit Cassander Antipatri Macedonis filius, ut cum Babylone barbaros Persas Alexandrum magnum adorantes cachinno excepisset; ac ob id à rege parieti esset allisus, et postea, cum Macedoniae, ac Graeciae imperaret, forte animadversa Delphis statua ipsius Alexandri, tanto terrore percussus est, ut trepidatio illa aliquandiu sedari nequiverit. Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 232.

TROSSVLVM Hetruriae fuit oppidum, quod sine peditibus equites cepere. aliqui putant id Trossulum appellatum, unde Romani Equites sunt Trossuli appellati, quod illud sine ulla peditum opera cepissent. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 241.

TEMPORI Demetrius rex admodum inserviebat, cum enim esset pax, omnibus voluptatibus addictus vivebat, cum vero bellum, omnes vitae illecebras abjiciebat, et mores, ac vitam tempori accomodabat. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 242.

TEMVLENTI cum erant Scythae, arcuum chordas pulsare consueverunt, ut per eam agitationem animum ad pristinam continentiam revocarent. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 243.

TYRRHENVM mare (ut Appianus scribit) Pyrenaeum montem Hispaniam à Gallia dirimentem alluit. Sab. l. 9. Enn. V. fol. 266.

Ex Sab. ab urbe condita.

TAVREAS Jubelius Eques fuit Campanus, qui Claudium Asellum Romanum ad singulare certamen provocavit. cum diu certamen sine vulnere extraxissent, Taureas inquit, concursus hic non hominum, sed equorum est. quin in viam hanc cavam equos demittimus. ubi consertis manibus statim proelio defungamur. ferox Claudius nihil moratus equum in viam demisit, ubi Taureas minime, sis inquit, cantherium in fossa. quae mox in rusticum proverbium abijt. Claudius abeuntem hostem ut ignavum increpitans in castra cum gratulatione victor abijt. Sab. l. 3 Enn. v. fol. 282. Taureas hic Capua devicta sibi mortem conscivit. Sab. l. 4. Enn. v. fol. 290.

TYRVS Palestinae trans Jordanem fuit Turris, quam Hircanus Josippi hatrei filius ex lapide albo sibi aedificavit. Sab. l. 3 Enn. v fol. 286.

TVRRIA fluvius Latij est ab urbe Roma sex millibus passuum distans. Annibal Imperator Carthaginensium ibi castra metatus est, ut Capuam ab obsidione Romanorum liberaret. frustra nihilominus. Sab. l. 4. Enn. v. fol. 289. Sed cum (ait) sedendo ibi se nihil profecturum cerneret, ad Turiam fluvium sex millia passuum ab urbe transtulit castra. Feroniae deinceps lucum spoliavit, cuius accolae Capenates erant.

TERRAE motus Calidon a Boeotia disiunxit, ut Cyprum a Syria, Siciliam ab Italia (Bebrices) a Bythinia. Leucosiam a Syrenum promontorio. Antissa insula a Lesbo. Zephyrium ab Halicarnasso, Ethusa a Myndo.

Ex Sab. ab orbe condito.

Mindo Donistum à Mileto. Sab. lib. vi. Enn. vi.
fol. 296.

THEBE olim uocatus est ager Adramittenus contiguus Pergameno, feracissimusque, atque ab Homero plurimum decantatus. Sab. l. 7. Enn. v. fol. 314.

TAPPO fuit cognominatus L. Valerius, qui unà cum L. Valerio Flacco, et M. Atilio Serrano Bononiam coloniam Latinam in Boios deduxit. Sab. l. VII. Enn. v. fol. 316. Tappo et fuit cognominatus C. Valerius trib. pl. qui legem promulgauit, ut Formiani, Fundani, et Arpinates, qui ciuitatem sine latione adepti fuerunt, iuris suffragii ferendi haberent. Sab. l. vii.

TROCINI, Tectosagi, et Tolistobogi Galliae populi fuerunt, qui duce Brenno ex Gallia primo in Graeciam, postea in Asiam traiecere, ac ipsi Trocini sibi uicissim diuisione oram Hellesponti habuerint. Tolistobogi Aeolidam cum Ionia. Tectosagi mediterranea circa Halim fluuium. Sab. l. VII. Enn. v. fol. 316.

TAVRII ludi Romae olim celebrabantur. M. Fuluius bello Aetolico eos uouit, à Liuio magni nuncupantur. Sab. l. VII. Enn. V. fol. 319.

TVMVLAVIT equas Cimon Atheniensis, quae tertio uicerant Olympia. et Xantippus canes emeritos. Sab. l. VII. Enn. v. fol. 320

TEMPLVM Samaritae in Garizi monte Alexandri temporibus condiderunt, Ptolemaei ergo temporibus Alexandriae disceptatum est de iure, et sanctitate templorum coram ipso Ptolemaeo, utrum uidelicet Samaritae, an Hierosolymitani uerius templum, auspicatiusque pro conditum tenerent. constitit tamen, quod Hierosolymis esset, legitime aedificatum, et ob eam rem ab Asia

regitur

Ex Sabellico urbe condita.

regibus multis donarijs excultus) contra quod in Gazari monte erat, iam inde ab eius ædificatione obscurum, et inhonoratum mansisset sine ulla regum dignatione. Sabeo itaque ac Theodosio, qui diuersum illud tuebantur, Ptolemæi iussu interfectis Hierosolymitanum nomen, sanctiusque iudicatum laudatusque Andronicus, qui augustissimi templi gratia in capitalem disceptationem descendere non dubitasset. Sab. l. VIII. Enn. V. fol. 327.

L. TREMILIVS quæstor fuit Romanus, qui Pseudophilippum in Macedonia uicit exercitu, et uita spoliauit. Sab. l. 9 Enn. V. fol. 333.

TVRPILIVS collatinus Prætor fuit in Vacca urbe Africæ, et à Metello fuit obtruncatus, quod Vaccam Iugurthæ prodidisset. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 344. loge supra in litera V. diffusius, ubi hæc clausula incipit. Vacca fuit urbs Africæ.

THALA Numidiæ fuit urbs, quam Metellus ~~Iug~~ consul Iugurthæ ademit. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 344.

TANAIS Africæ fluuius est non procul à Capsa urbe. C. Marius in Iugurtham ducens ingentem utrium uim huius amnis aqua impleuit, dum ad expugnationem Capsæ procederet. Sab. l. 2. Enn. VI. fol. 345.

TYRANNVS in magna Græcia ora Italiæ fuit Pythagoras philosophus. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 352. lege supra diffusius in litera P. ubi hæc dictio incipit Pythagoras philosophus.

Ex Sab. ab urbe condita.

THURIA fuit mater Chironis, qui deduxit colonos in Boeotiam, unde Chironea regio dicta est. Thuriiq[ue] urbs; alij putant urbem à uacca dictã, quae Tur à Phoenicibus appellatur, quòd ijs locis primo apparuisse, atque à Cadmo immolata fuisse, creditur. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 352.

THRACIA uicus est Propontidis nõ longe à Cyzico urbe, ibi Lucullus cũ Mithridatem manum consedit. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 360

TULLIANUM carcer fuit urbis Romae XII. pedes humi degressus, ab eo dictum putant, quòd locũ Servius Tullus primus in parte fori carcerem constituit, camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris et odore foeda. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 366.

TUBIS, lituis, aut cornibus in praelio Parthi non utuntur, sed corio concauis extructo, quod crebris ictibus diuerberatur horrendũ quoddã et ferinũ sonat, et uelut tonitru mixtũ. haud ignari auditũ ex omnibus sensibus maxime animũ turbare, grauesque circa illũ affectus excitare. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 377.

THEBANA fuit urbs in Africa in finibus Jubae regis, quam Julius Caesar coegit. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 387.

TRIUMPHAUIT Romanorũ primus de Parthis Ventidius, quem Pompeius Strabo ante currum in triumpho duxit, quem de Asculanis sociali bello uictis egit. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 398.

Ex Sab. ab orbe condito.

TORGIVM colonia fuit Romanorum, quam Japides populi diripuerunt et usque ad Aquileiam [praedabundi] processerunt. Sab. l. 9. Enn. VI. fol. 403.

TERJOHVM. Japidiae fuit [oppidum] Octavius Caesar eius [cepit]. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 403.

THEBAE urbs Aegypti funditur [eversae], dux Octavius Augustus devicto Antonio in provinciae formam Aegyptum redegisset, ac Cornelium Gallum [Foroiuliensem] illi praefecisset. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 406.

THERMVSA mulier fuit Italica, et Phraortis Parthorum regis uxor, qua viro Phraorti interfecto Phraorti filio regnum dedit, clam [interfecto] illo [iunxit] se, cum Phraorte regno [et] cum illo [expulsus] est. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 413.

TORPETVS vir fuit Romanus, qui cum TORQVATO, Caecilio, et Euphrasio fuit Roma sub Nerone passi. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 417.

TITIANVS frater othonis Caesaris fuit. [Quem] otho exercitui, qui contra Vitellianos ducebatur, praefecit. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 420.

TYBERIAS fuit Palestinae urbs, quam Herodes in gratiam Tyberij Caesaris Augusti successoris ad Genesara lacum condidit. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. [...]
[...] ad Genesara lacum condita [...] Enn. [...] fol.

Ex Sab. ab urbe condito.

TANNAE locus fuit in Aegypto, ubi templum habebant Iudaei à Pontifice Onia conditum, dum esset ab Antiocho rege urbe Hierosolymitana fugatus. Vespasianus Caesar iussit hoc funditus dirui. Sab. l. 3. Enn. VII fo. 425.

TRIBVTA imperando, ne civitatibus, aut provinciis M. Antoninus Caesar esset gravis, omnia vasa aurea, argentea, christallina et myrrhina cum omni principali supellectile ornatuque coniugis publice vendidit. Sab. l. 4 Enn. VII. fol. 431.

TILIA est arbor naturae calidioris, idque ex eo deprehenditur, quod folio ~~[illegible]~~ retundit asciam. Antoninus Pius Caesar tenuibus ex Tilia tabulis fascia ad pectus obligatis pro remedio frigidioris corporis usus est. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 4..

TONITRVVM terra mugiente, dum Galienus Caesar imperaret, non caelo tonante auditum est, secutusque motus terrae ingens, quo plura aedificia cum habitatoribus subito terrae hiatu absorpta sunt. Sab. l. VII Enn. 7. fol. 446.

Ifsonge Lazio de rep. Romana.

mania, illa provincia est, quam hodie Stiri[?] vocant

[illegible]

civitas, et oppidum dicuntur et sine muris; sed
m, est ipsa civitas. Lazius cap. VIII. l. primi
nitate [illegible] (ait). circa Rhenum
r. in Helveticum finibus [illegible] Roma-
gulus accepit. Quippe Germanorum gentes, quod
occupaverant, [illegible] ab Alpibus tractu pan-
ir campis, ubi [illegible] rapidissimi amnes inter se
nt, in ipsis Helveticis finibus Civitatem non
muro, sed vallo, fossaque cinxerunt, quam appella-
isara ex nomine Deae Zizae, quam religiosissi-
ebant. cuius templum quoque ex lignis barbarico
nstructum, postquam [illegible] colonia Romanorum
est, inviolatum permansit, ac vetustate collapsum?
colli servavit hanc urbem situs Amniculus
ad arcendas barbarorum excursiones cul. sextil.
circuivant. ad meridianam oppidi partem.
à continenti erat. Prater ipse cum legione
operosissime communivit.

~~[illegible]~~ Romani veteres atque inde ad
invocabantur. Columella in praefatione
pater (inquit) proceres Civitatis in agris
bant. et si [illegible] consilium publicum desiderabatur
villis accersebantur ad senatum. ex quo
vocabant, viatores nominati sunt.
Catone à villa ad senatum accerse-
[illegible], et coetu senes, ex quo, qui eos
viatores nominati sunt.

hodie vocantur, iis quos Prisci Ra-
dixere. Comites erant siquidem Procu-
qui pecunia dispensabant, ut Lampri-
Alexandro innuit. Ubi aliquos (inquit)
vel rectores provinciis dare vel
os facere, vel Procuratores, id est, ra-
ordinare, nomina eorum proponebat.
ag. ~~XIII l. 2~~ XI; et cap. XIII
Iustinus non differunt ab iis, quos prisci praefectos
provincialium vocabant. Lazius cap. 9. l. 4

TANNAE locus fuit in Aegypt. templum habebant Judaei à Pontifice conditum, dum esset ab Antiocho rege Hierosolymitana fugatus. Vespasianus jussit hoc funditus dirui. Sab. l. VII. fol. 425.

TRIBUTA imperando, ne civium aut provinciae. M. Antonius Caesar gravius, omnia vasa aurea argentea, cum et myrrhina cum omni principali supellectili ornatuque coniugis publice vendidit. Enn. VII. fol. 431.

TILIA est arbor natura calidioris, eo deprehenditur, quod suis [illegible] Antonius Pius Caesar. tenuibus ex Tilia fascia ad pectus obligatis pro remedio corporis usus est. Sab. l. [illegible] Enn. 7

TONITRUUM terra mugiente, dum Caesar imperaret, non coelo auditum est, secuturque motus terrae, quo plura aedificia cum habitatoribus hiatu absorpta sunt. Sab. l. VII. f. 446

Ex Volfgango Lazio de rep. Romana.

Valeria Germania illa prouincia est quam hodie Stiriam uocant Lazius lib. [illegible]

Urbes, ciuitates, et oppida dicuntur et sine muris, sed uallo tantum, et fossa cincta. Lazius cap. VIII. l. primi ex autoritate [illegible] (ait). circa Rhenum gerunter, in Noricorum finibus, paucis equibusque Romanus populus accepit. Quippe Germanorum gentes, quod Rhetias occupauerant, non longe ab alpibus tractu pari patentibus campis, ubi duo rapidissimi amnes inter se confluunt, in ipsis Noricis finibus Ciuitatem non quidem muro, sed uallo, fossaque cinxerunt, quam appellabant Cisara ex nomine Deae Zizae, quam religiosissime colebant. cuius templum quoque ex lignis barbarico ritu constructum, postquam eò colonia Romanorum deducta est, inuiolatum permansit, ac uetustate collapsum nomen colli seruauit. hanc urbem Titus Annius Prætor ad arcendas barbarorum excursiones cal. sextil. exercitu circumuenit. ad meridianam oppidi partem, quæ sola à continenti erat. Prætor ipse cum legione Martia operosissime communiuit.

Villas incolebant Romani uetores, atque inde ad Senatum uocabantur. Columella in præfatione. Illis temporibus (inquit) proceres Ciuitatis in agris morabantur. et cum consilium publicum desiderabatur, à uillis accersebantur ad Senatum. ex quo, qui eos uocabant, uiatores nominati sunt. Cicero in Catone. à uilla ad Senatum accersebantur Curius, et cæteri senes, ex quo, qui eos accersebant, uiatores nominati sunt,

Vicedomini hodie uocantur, ij, quos Prisci Rationales dixere. comites erant, siquidem Procuratores, qui pecunia dispensabant, ut Lampridius in Alexandro innuit. Ubi aliquos (inquit) adiuisset uel rectores prouinciis dare, uel Præpositos facere, uel Procuratores, id est, rationales ordinare, nomina eorum proponebat. Lazius cap. ~~XIII l. 2~~ XI. et cap. XIII

Vicedomini Austriæ non differunt ab ijs, quos prisci præfectos largitionum prouincialium uocabant. Lazius cap. 9. l. 4

Ex comentarijs Lazij de rep. Romana.

Vitulus nomen fuit Romani IIIIviri. quod ex hac rhapsodia Tyberii reperta innotescit.

C. RVSTIVS. C. F. FAROSI. L.
OCTAVIVS. L. F. VITVLVS IIIIVIR.
VIAM INTEGENDAM
CVRAV.

Lazius cap. IIII. l. 3.

VRSINIA mulier fuit Romana, et Lazius hac inscriptione propè Melicum Austriæ reperta ostendit. cap. primo. l. 4.

SVCCESSVS, ET VRSINIA CONVIVI
FECERVNT SIBI, ET SVCCESSO
LANO FIL.

Valli à vestutioribus pali nominabantur, unde Vallum castrorum habuit denominationem, quod palis terræ affixis ~~ædificaretur~~. ~~Lazius cap.~~ Vegetius cap. VIII. l. 3. Tribus (inquit) modis definiunt castra muniri. Primum enim uniter nostis transitum, et itineris occupationem leviorem, cespitibus sublatis circumdant, et aggerem faciunt. supra quam Valli, hoc est sudes vel tribuli lignei per ordinem digeruntur. Lazius cap. J. L. 4.

Vacatio militiæ à Germanis, et Francis Treuga nominatur. Lazius Cap. VIII. l. 4.

Vocabula rerum penè omnium ~~mutata~~ sunt mutata Imperij fuerunt. Lazius, cap. 9. l. 4.

Vocabulo dicebatur signum, quod Tribuni petebant ab Imperatore, quasi omen, atque augurium futuræ administrationis. unde Septimius Cæsar signum dedit, Laborennis, ut Spartianus ait. Pertinax verò cæsar militemus. Lazius cap. X. l. 4.

Ex com. Lazij de rep. Romana.

Vuoiuoda nominatur ab Ungaris, quem Romani Centurionem classiarium dicunt. Lazius cap. x. f. 4.

VELINVS uir fuit Romanus, sicuti hac inscriptione Lazius cap. x. f. 4. existente Auximi in Italia ostendit.

C. OPPIO C. F. VELINO BASSO P. C.
PR. AVXIMO LEG. III. FL. FEL. EVOC.
AVG. AB ACTIS FORI. PR. PR. SIGNIF.
OPTION.

VICARIVS, et Vicemgerens, olim optio. Accensus, Adiutor, et postea Supernumerarius uocatus est. Lazius cap. x. f. 4. plura lege in litera O. ubi hac clausula incipit optio minister.

VIANNA urbs Austria, siue Pannonia superioris olim Fabiana uocabatur à Legione Fabiana, qua ibi excubauit. de qua Caesar l. primo belli ciuilis. huic (inquit) cum quotidiana consuetudine congressa pabulatoribus praesidia propria legionis Fabiana duo flumen transissent. Fabiana et fuit dicta legio x. Germanica. qua in Austria excubauit. Lazius cap. VII. f. v. Idem cap. primo f. vi. Vienna (inquit) reperta, quod in meis adibus asseruatur, de cohorte Fabiana, unde Fabiana nomen loco. Idem cap. i. sectio 2. f. ...

Io. cap. 8. VII. sect. 2. xxii. constitissemus

VARIANA legio fuit ea, cui Quintilius Varus praerat sub Augusto Caesare, ac caesa est ab Arminio Teutonum duce. corn. Tac. l. 2. de illa meminit, quo in (inquit) Lucius Malouendus nuper in deditionem acceptus propinquo loco defossam Varianae legionis Aquilam modico praesidio seruari indicat. Lazius cap. VII. f. v.

Ex com. Lazij de rep. Romana.

Vinitianus cognominatus fuit Caelius Julij Caesaris ducis. Caesar in fine libri 4. de bello Civili: Ponto (inquit) recepto, praeda omni regia militibus condonata, postero die cum expeditis Equitibus ipse proficiscitur. legionem sextam decedere ad praemia atque honores accipiendos in Italiam iussit. auxilia Deiotari domum remittit, duas legiones cum Caelio Vinitiano in Ponto reliquit. Lazius cap. 13. li. V.

VITVLVS vir fuit Romanus, quod monumento isto patet in Transrhenino vico agri Moguntiaci descripto, ut Lazius cap. 28. li. V. ait.

MARTI LEVCETIO PRO SALVTE IMP.
N. AVG. PII. O. VOCONIVS VITVLVS
LEG. XXII. PR. P. F. PONENDVM CVRA:
VIT.

VETERANI milites dicebantur, qui XX. annis in legionibus, seu vexillationibus militaverant. Lazius cap. primo li. VII.

VIGILIAS quatuor exercitus Romanorum habebat. primam a vespere usque in noctem intempestam, secundam a nocte intempesta ad Gallicinium, tertiam inde usque ad crepusculum. quartam a crepusculo usque ad ortum solis. Lazius cap. 3. li. VI.

Vexilla differunt a signis. Lazius cap. primo. li. VII.

Vexilla, et signa militaria erant, qui ad ea confugiebant, uti asyla tutabantur. Lazius cap. 3. li. VII.

VINDRIVS, vir fuit Romanus, ut hinc apparet. scriptum enim hoc elogium est Romae in domo Alexandri de Schiniji. Lazius cap. 2. li. VII. com. refert.

Ex com. Lazij de rep. Romana.

IMAGINVM DOMVS AVG. CVLTORIBVS.
SIGNVM LIBERTATIS RESTITVTAE
SER. GALBAE IMP. AVG. CVRATO-
RES ANNI SECVNDI C. TVRANIVS.
POLYBIVS. C. CALPHVRNIVS ZENA.
C. NIVDRIVS LAIVS. C. TVR. FLORVS.
C. NIVDRIVS DEMOSTHENES. S. P. D. D.

Vexillum à uelis nauium denominatum: fuit figura uelum minus, quod cum uela in antennis nauium ita pannus, et flammula in pertica gestabantur. Vexillum centum octoginta sex homines continebat. Vexillum pedestre triplex Romanis fuit. Centuriatum, Praetorianum, et auxiliare. In uexillis Romanis depictae imagines fuerunt Deorum, Imperatorum, et ducum exercitus. Lazius cap. V. l. VIII

Vexillarij uocantur, qui sub eodem uexillo militabant. Lazius cap. V. l. VIII

VENETVS color, ut Cassiodorus ait, hyemem refert. Prasinus, qui est uiridis, uer. Roseus aestatem. Albus uero autumnum, qui pruinosus est. Lazius cap. V. l. X

VENDITIO seruorum apud Romanos erat triplex. sub hasta, sub corona, sub pileo. Cicero de lege Agraria. Hunc, inquit, obscurum uidetur propè hastam praeconis insectari Cn. Pompeij exercitum. Plau. in Mostell. uel isti, qui trium nummorum causa subeunt sub hastam; id est, uenduntur. sub corona uendebantur; qui belli iure capti erant. Caesar 3. belli Gallici. Itaque, ait, omni senatu necato reliquos sub corona uendidit. sub pileo uendebatur
cum

cum emptori venditor nihil praestabat. hinc pileati servi à Gellio nuncupantur. quam nomine venditor nihil praestaret, autore Caelio Sabino Jurecon. cuius rei causam esse ait. quòd huiusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, ut emptores errare, et capi nõ possent. Lazius cap. V. L. XII. }

VOCATOR à Romanis servus dicebatur, qui amicos Caesaris, consulumue, aut Proconsulum ad coenas invitabat. Plin. l. 35. Indignati Pedanae, et vocatores suos audanti, ut diceret, à quo coenã invitatus esset. Sueto. in Caligula. comperterat Proquincialem, locupletem ducentaq sestertia numerasse vocatoribus, ut per fallaciam conuiuio interveniretur. Marti. Jam dic mihi, vapulet vocator. Catul. quaerit in triuio vocationes. Lazius cap. V. l. XII. }

VILLA domus erat extra urbem aedificata cum omnibus ijs aedificijs, quae nõ pecora solũ, et armenta possent recipere, sed omnis generis artifices, et familiã. dicta est (ut ait Varro l. prima de re rustica) quòd à villico in eam conuehuntur fructus, et euehuntur, cũ veneunt. Plin. in epistolis. VILLA, inquit, rustica ea est pars villae, quam villicus, colonus, vinitor, vel arboratus habitandã sibi obtinet, et familia villatica, atque instrumento õi rustico condendo, aut continendo Colu. tripartito villã diuidit, in urbanã, rusticam, et fructuariã urbanã heri habitabant, quae pulchrior erat (ut Varro ait) et tabulis adornata, Praetoriumque vocabatur. de hac Cicero in orat. intelligit. quin tu igitur facis idem, inquit Scaeuola

quod

Ex. Lazio de rep. Romana.

quod facerer, si in aliquâ domû plenâ ornamentorum, vel in villâ venissem. Idem l. 2. de fin. bonorum. Hominem infirmum in villam apertam ac ne aedem quidem etiam nunc invitare nolui. Sueto. in Augusto. cap. 72. ampla, inquit, et operosa Praetoria gravabatur. villae videlicet quasdam elegantes, et sumptuosas vir extruetar. Secunda villae pars erant casae humiliores. potius quam domus in quibus pecora erant, et armenta, familiaque, ac servi habitabant, qui opera rustica exercebant. Cicero. l. VIII. epi. ad Atticum. Ego, inquit, Arpini volo esse pridie cal. deinde circa villulas nostras errare. Idem l. 12. Villula, inquit, sordida, et valde pusilla. Hora. 2. sermonum. Si vacuum tepido cepisset villula tecto. Villae tertia pars fundus, ac proventus continebat. Cic. l. 14. Epi. ad Atticum de hac intelligit. Cum Pilia, inquit, nostram villam ad Cuma, villicosque procuratores tradidissem. Paulus. l. 18. modus, ait, hic probatur ut neque fundus villam quaerat, neque villa fundum. Villae igitur domus, praedia, et possessiones sunt. Franci autem, et maiores Germanorum, oppida villas nominabant, ut legimus in diplomatibus. Datum in Rosinesburga villa, in Moguntiaca villa.

Multae civitates istae sunt in Alsatia, et locis Galliae vicinis a villa nomen retinentes. etsi vetustas vocem Latinam depravavit, ut sunt Reccuilla, Rapoltivilla. Egonis villa. Gebonis villa. Duisevilla, Ammonis villa, Ranconis villa, et Badavilla. Fundus autem teste et Varrone dicitur cui ager ad aedificia villae colonorum pertinens, sive sit vinea, sive arva, sive nemus. Fundi enim appellatione, ut ait Florent. Iurecon. omne aedificium, et omnis ager continetur. Locus vero in urbe sine aedificio area, rure ager vocatur. Lazius cap. VI. l. XII.

Ex Lazio de rep. Romana.

VICVS significat villam, hoc est, domorum rusticanarum congeriem, ut Altomanus super Tacitum interpretatur, absque moenibus. pagus vero vicorum societatem, ditionem, seu agrum, qui multos vicos constit

VICVS est duplex. alter urbanus, qui alias platea à latitudine nominatur, et alter rusticus. vici plures tanquam membra inferiora urbem faciunt unde illud Horatij est primo Sermonum,
Durior in vicis aqua tendit rumpere plumbum.
Lazius cap. VI. l. XII.

VLMA Germaniae Civitas est ad ripas Danubij posita. fuit ante annos CCCC. vilis pagus. ab ulmis arboribus ripas fluminis vestientibus denominata est. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

VNNI aliter Siculi vocantur. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII. Atque taciter, inquit, est tractus, eaque Dioecesis, et resp. Saxonum Germanorum in Transylvania, hoc est, Dacia mediterranea, cui pro parte Siculorum, id est, Unnorum posteritatis administrationem coniunximus. Procopius l. 2. in historia Persarum ait Unnos Sabiros Sabiros forte ab oppidi, seu burgi appellatione quae apud eos Bar est. Lazius cap. 2. sect. 2. l. XII.

Uuar lingua Dacica burgum significat, unde Colosuuara est Daciae ampla Civitas. Germani Clausenburgum nominant. Lazius cap. 3. sect. 2. l. XII.

VARRONIANVM Pannoniae oppidum est Baronuuar hodie dicitur, et non procul à Drauo est. Lazius cap. VI. l. XII.

VINCENTIA civitas est Pannoniae inferioris forte à Vincentio illo denominata, cuius meminit l. 27. Marcellinus. Lazius cap. VII. l. XII

Ex Lazio de rep. Romana.

Ungari alii Unni orti sunt, Unni à Cuvait, id est, Albanis Asiaticis, qui à Scythis orti sunt (si Procopio credimus) originem habuere. et, ut maiorum nomina servarent, quas ædificaverat urbes, ab eis nominare voluerunt, uti Albam Regalem, Albam Juliam in Dacia, et Albam Græcam ad Taurinum, sicuti Bonfinius rerum Ungaricarum Scriptor tradit. Lazius cap. XVI. sect. prima l. XII.

Romani

VTINI, mentio fit in Rhapsodia, quam Lazius cap. 5. sect. 3. l. XII. ait esse in cœmiterio templi S. Petronellæ apud Carnuntum.

MAXIMVS C. ALL. F. FABI. R.
CVM SVIS M. ASENS C. VIXIT
MNS XIX. DIEBVS ERM.
A. SVIS VTINO MA=
XIMO. I. H.

Item ipse Lazius istiusmodi rhapsodiam ponit ortam in muris quadrato propè Prugam Austriæ. cap. VI. sect. 3. l. XII.

MAXIMVS GAIL. R. SBVRI V.
VRA FABIVS R. CVM SVIS L.
M. ASENS GV. XS. GVNV MO=
NVMEN. XIX. BVS ERM.
SVIS VTINO MAXIMO
I. H.

VIENNA civitas Austriæ nobilissima VINDOBONA olim nominabatur. Lazius cap. 5. sect. 4. l. XII.

VARIANA castra oppidu est Pannoniæ superioris positu in finibus Styriæ, Vngariæ, ac Sclauoniæ, nunc Varasdinum uocatur, unicu eius agri hodie aduersus Turcas munimentum. Lazius cap. 3. sect. 4. l. XII.

VIPACHVS fluuius Foroiulij est, olim Fluuius frigidus, si Antonino in itinerario credimus, appellabatur. Lazius cap. V. sect. 4. l. XII. Idem cap. 4. sect. V. l. XII.

VOLVESVS uir Romanus fuit, ut patet hac inscriptione, qua Lazius cap. VI. sect. 4. l. XII. esse allegatur in xenodochio urbis Celeia.

T. CLAVDIVS MVNICIPII CELEIAE LIBYA
VOLVESI PI IVNI. VSII VOTVM SOLVIT.

VELACHVM Foroiulij oppidu est quod etia VELA dicitur, et Julij carnici minas continet. Lazius cap. p. sect. VI. l. XII. sed uenio, inquit, ad postrema uallis partem hodie Venetis subiecta, in qua sunt oppidula Ponteba, Sclusa. Passo, Velachum, uel Vela Julij carnici ueteris mina. ~~Julium~~ ac rursus. Julium, inquit, Carnicum recensetur eodem tractu no solu à Ptolemæo, et Antonino, uerum etia ab autore codicis præfecturarum Romanarum. cuius uero uestigia superesse in Velacho, sive, ut Itali uocant, Vela oppidulo haud procul à Glhazo Abbatia no est, quod dubitem. &.

VDINVM à Ptolemæo Idunum uocatur, Lazius cap. 2. sect. VII. l. XII. et Norico attribuitur, Hac, inquit, etsi procul à canali, sive uia Belcia in Foroiuliensi agro sita cernantur, in Goricia, Vdina, et Ciuitate Austriæ, ut à Geographis pene uniuersis describuntur

Ex Lazio de rep. Romana.

scribuntur, dicendum de his tamen hic quoque est, non solum quod intra fines Carnorum posita, Austriae Principibus cohaereant, licet postea dua abstracta existant in ciuilibus postremo archa Aquileiensi bellis; uerum etiam quod Idunum Henico à Ptol. attribuitur, quod olim angustius quidem municipium labentibus saeculis à Patriarchis Aquileiensibus ditatum, et aucto uocabulis transpositis Udinum uocatum est.

Idem in fine huius capitis. Confero, inquit, eo ad Udinum. quod uocabulis transpositis Idunum Ptol. dixit eleuationem illi tribuens, quam et hodie habet graduum XLV. min. XXX. et paulo infra. atque hae prima incrementa eius ciuitatis fuere, quae hodie metropolis totius Foroiulij Venetum Praesidem habet à uetusto nomine Iduno transpositis uocabulis Udinum appellatum. ubi haec antiquitatis exempla reperta sunt.

VALERIA L. LIB. EVTYCHA V. F.
SIB. ET L. VALERIO TIRONI
PATRON. MILIT. AN. XXX. ET
C. VALERIO. PRISCO CONIVGI
SVO MILIT. AN. XXVII. HER
METI LIBERT. SVO LIB. LIBQ.
POSTERISQ. EORVM.

VELACHVM à uela ualle, ac monte nuncupatum est. ~~Itali etenim adhuc uallem~~ ~~dicunt uallem~~ Lazius cap. III. sect. VI. c. XII. Villacum, inquit, à uela ualle, monteque, id est, Beloia Antonini, quam Villacum addita in fine aspiratione Carni ~~uocant~~ uocare solebant, nominatum extitisse non

non est, quod ambigam. uelam namque Itali Vallem adhuc nominant, uel (ut ipsi aiunt) canalem in Forumiulium desinentem, quam Vellach Germani, hoc est, Carni dicunt. et non solum Villacum usque, uerum latius adhuc secus Draui ripam ad Tirolis limitem, ac fine tenus extendunt. nam et supra Lanicis rudera, quae in S. Petro Paulo supra Spitalum extant, Vellach mons, et oppidulum superstant. Lazius cap. III. sect. VI. l. XII.

VACORIVM Carinthiae oppidum est, à quo fluuius Goriach denominationem habuit. Lazius cap. V. sect. VI. l. XII.

VSBIVM Noricae oppidum est non procul à Laureaco, nunc dicitur Ipsium. Lazius cap. V. sect. VII. l. XII. situm est ad ripam Danubij aduersam, quò Valentinianum Caesar transtulit, et [illegible] transgressus Ipsium uocauit. Laz. cap. VII sect. VIII. lib. XII

VNNIA. et Auaria eadem prouincia est, Pannonia uidelicet, hoc patet epistola Eugenij II. Pontificis Maximi, quam Rafredo Ecclesiae Fauianensis Episcopo, Methodio ecclesiae Speculiensis Episcopo, Mescomi [illegible] ecclesiae Episcopo, atque Aschuuino Nitrauensis ecclesiae Episcopo, Annoni Vetuanensis ecclesiae episcopo, necnon Tutundo, et Moymaro ducibus exercituum plebis Vnnia, quae et Auaria dicitur, atque Marauiae. Ab hac, inquit, S. Romana matre ecclesia uobis ad rectorem transmisimus, atque in praefatis regionibus Vnnia, quae et Auaria appellatur, seu Marauia, prouinciam quoque Pannoniae, ac Moesiae. Lazius cap. V. sect. VII. l. XII

Ex Lazio de rep. Romana.

VISCACH Styriae ~~oppidum est~~ locus
est, in quo Balduinus mediam habebat
unciam, quam à Friderico ~~Imperatore~~ primo
Caesare fuit donata hospitali ~~prope~~ eius
oppidi supra Viennam positi, cum multis
alijs praedijs, ut apparet ex privilegio
Ipsius Friderici dato 1166. et adiunctis
manu christiani cancellarij. quod inter
alios testes continet etiam Udiscalcum, et
Ebrardum de Viseach. Legimus cap. ult.
sect. VI. l. XII. qui cap. III. sect.
VII. l. XII. ait Carnos aspirationem
consuevisse in fine dictionis ponere, ut
pro uela Uolach dicant, pro Pibria
Pibriach, pro Dobria Dobriach, pro Goria
Goriach, pro Dopla Doplach, pro Dola Do-
lach. pro Marsa Marsach. et similia,
ita quod si ach aspirationem ab hac
dictione Viscah demis, remanet Visc
solum, cuiusmodi nominis est vicus
in Foroiulio Franc. Robortelli Utina-
tis pratorio celebris.

Ex Sabellico ab orbe condito.

Vitem primus Noa inuenit. Sab. l. p. fol. 2.

VXORES Agathyrsi populi Scythiae habent communes. Sab. l. p. fol. 3.

VICTORIA procedit à uirtute, nō autem ab audacia. Sab. l. p. En. p. fol. 4.

VXORES Indorum Chatoorum cū uiris mortuis cremantur. Sab. l. p. Enn. p. fol. v.

VICTORIAE comes uirtus est, eā ista mater et altrix. Sab. l. p. Enn. fol. vi.

VXORE Arabes, qui sunt in una cognatione, utuntur eadem, ac cū matribus et sororibus coeunt. adulterium est cum muliere alterius cognationis coire. Sab. l. 3. Enn. p. fol. 14.

VENENA nemo conficiat, neque aliunde confecta emat. qui uenenum alicui miscuerit, sceleris conuictus id bibat. Sab. l. 4. En. p. fol. 20.

VITEM reperit Bacchus Aegyptius, qui et Dionysius uocatus est. ac ideo gentium omnium consensu diuinos honores adeptus est. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21.

VESTA soror Cereris aedificationem domorum prima docuit. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 21.

VIR à Scythis Aeor dicitur. Pata obtruncare; unde Amazones à Scythis Aeorpata uocatae sunt. id est, uiricidae. Sab. l. v. Enn. p. fol. 30.

Ex Sabellico ab orbe condito:

VENETIA ingens Italiae regio est, quae inter Alpes, et Adriam iacet. Euganei eam primum populi tenuere. Sab. l. VII. Enn. 3 fol. 93. Antenor, inquit, et ipse pari clade patria pulsus Illyrici latebrosam praeternectus in Euganeis consedit, atque eam gentem suis sedibus pulsa Patavium condidit. Secum eius Comites Heneti ex Paphlagonia profecti, unde postea regio ingens, quae inter Adriam iacet, et alpes nomen adepta est. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 93.

VELOCITATIS fuit tanta Asahelo habent Ioabi frater, qui cum Dauide pugnauit con ~~Isb~~ Isbosethum Sauli regis filium, ut equos pernicissimos cursu fatigaret. Sab. l. VIII. Enn. 3. fol. 99. Velocitatis tanta fuit Euchides Plataeensis, ut die uno mille stadia sit emensus, a Delphis [illegible] Plataeas ignem Pausanias affirmat. Sab. l. 2 Enn. 5 fol. 13.

VIRGINES Cyprij ob quaestum dotis prostituebant. Sab. l. 9. Enn. 3. [illegible]

VXORES Spartani Heras vocabant Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 63.

VINCVLA plurima Spartiatae, ut Tegeatas ligarent, ac cum agros dimetirentur, parauere oraculo Pythio moti affirmantis eos agrum Tegeaticum dimensuros. illis tamen vinculis a Tegeatibus victoribus implicitis ac vincti sunt. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 75.

VESTA, et tellus eadem est, unde Numa aedem Vestae sphaericam constituit. Sab. l. 3. Enn. 2. fol. 76.

Ex Sabellico ab orbe condit.

VRSAM coelestem Thales Milesius Examij filius primus obseruauit, ut Calimachus autor est. figuratur id sydus septem stellis, in quarum unaquaque ex duabus posterioribus caudam nidum uerti Ermochonis et Hyginus Ermochonem secutus credidit. Sab. lib. 4. Enn. 2. fol. 82.

VINI habent uim fructus arborum, quae in insula quadam Araxis fluuij nascuntur. coniecti namque in ignem propè assidentes reddunt ebrios. Sab. Enn. 2. lib. VI. fol. 93.

VITAE rationem apud Praesides prouinciae, ac unde uiuebant, ex lege Amasis regis Aegyptiorum singuli cogebantur reddere. et qui non reddebat supplicio capitali plectebatur. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 98. eandem Solon Athenis obseruauit.

VRANIAM, et Dionysium Arabes solos deos arbitrantur. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 98.

VINVM haec opera efficit, uertit, fallitque omnium mentes, reges infantes effingit, seruos, ac liberos audentiores reddit, humiles aequat potentibus animarum uertit habitus; trium corporis curas sedat, moerorem excutit, aeris alieni obliuionem inducit, ita cor animat, qui id, debibit, ut non misera comitem habere, sed omnium se beatissimos putant; nihilque inter uirum, uilo loquuntur, magistratus ac reges ~~contemnunt~~, contemnat, amicitia iura soluat inimicos iungit. sodalicia iura perrumpat, et quod omnium maximo mirabile sit: cum obliuionem inducit, quae nuperrime homo egerit. sed illud adhuc mirabilius, mortem, quam omnes refugiunt (?) nidant

nidant, qui uino incaluit, negligat, et contemnat. Sab. l. VII. Enn. 2. fol. 10.

VELIA locus fuit praerupturs Romae foro imminens, in quo P. Valerius consul post Bruti mortem cogit aedificare, atque ob id eum suspectum habuere, ne regnum affectaret, quare Valerius aedificium deiecit, quod ei plebs in imo dunm excitauit ex publico. Sab. l. VII. Enn. 2 fol. 108.

uicus Foroiulij est nomine Vuelia, ego Veliam dicerem, ut pote a loco urbis, colonia Aquileiam inde adducta uocarint, licet dictio num aliquatulum corrupta sit.

VARIENTANI et VIOLANI / Latinorum populi fuere, ac cum cum Ardeatibus, Bubentanis, Cornis, Morcanis, pluribusque alijs contra Romanos coniurarunt, ac Sextum Tarquinium Superbi filium ducem habuere. Sab. l. VIII. Enn. 2. fol. 109.

VITELIA ciuitas fuit Latinorum, quam Martius Coriolanus contra Romam ducens expugnauit. Sab. l. IX. Enn. 2. fol. 119

VIM, ac Necessitatem dixerunt Athenienses magnos apud se deos esse, a quibus impellebantur ab Andrijs pecuniam petere. Andrij contra dixerunt duos magnos deos esse apud se Inopiam, et Impossibilitatem quibus obnoxij pecuniam non erat datum. Sab. l. 2. Enn. 3. fol. 132.

Ex Sab. ab urbe condita

M. VOLSCIUS iiiivir Romanus fuit, qui accusavit Caesonem Quintij filium, quod eius fratrem iugulo peremisset [illegible] Vo[illegible] d[illegible] [illegible] [illegible]. 3. Enn. 3. fol. 134

VOLAE oppidum Equorum Latij populorum fuit. quod M. Posthumius Regillensis tribunus militum [illegible] cepit. Sab. l. VII. Enn. 3. fol. 166

VOLUPTAS et labor dissimillima sunt, emolumenti tamen vinculo nectuntur. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 171.

VIOLENTIA, et metus à Dionysio Siciliae tyranno uitia adamantina nominabantur, seque filio principatum adamantinis uinculis relictum praedicabat. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 182

VITELLIA Equorum Latij populorum colonia fuit. Sab. l. 9. Enn. 3. fol. 189.

VATIES apud Gallos uiri sunt inuestigandis rerum naturalium causis deditis, ut Bardi laudationibus, et poëticis rebus. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 185.

VOLUPTATIBUS no uinci Aristippus cyrenaicus philosophus optimum esse aiebat, non autem uoluptatibus abstinere. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 19[illegible] uoluptates corporeas praestantiores esse, quam animorum, idem Aristippus affirmabat, uti languorem deteriores. Sab. ibi.

VOLUPTATEM abhorrebat Antisthenes cynicae disciplinae auctor, dicebatque se malle ab insania [illegible] uoluptatis corripi. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 192.

Ex Sab: ab orbe condita.

VINI colorem Cissusa Boeotiae fons habet, ac potu dulcissimus est. in eo fabulantur Bacchum nuper natum à nutricibus lotum. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 193.

VILLA magna Phrygiae locus est, ubi Pharnabazus Persarum praefectus habuit castra, cum Agesilaus Lacedemoniorum rex in eum movit. Sab. l. 2. Enn. 4. fol. 193.

VENUSIA urbs fuit Samnitum. ac hodie etiam extat. Sab. l. 3. Enn. 4 fol. 203.

Vexillum apud Romanos habuit milites centum octoginta sex. ordo sexcentos, ut pote qui tria vexilla continebat. Legio autem primo quatuor hominum millia. deinceps quinque millia, postremo sex millia, et amplius. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 207.

VXORES ~~erant~~ ac pellices CL Persarum rex Artaxerxes habuit. Sab. l. 4. Enn. 4. fol. 210.

VMBILICO similis est Jupiter quem Ammonii populi colunt smaragdo, ac gemmis compactus. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 215

VICTORIAM reges alieno sanguine partam intercipiunt, cumque nomina trophaeis duntaxat inscribuntur, quod Euripides ait male comparatum et Clytus Alexandro magno obiecit, unde ab eo interfectus est. [illegible] l. VI. Enn. [illegible]

Ex Sab. ab urbe condita.

Vultur in hominem sevit graciqúe: Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 227 [illegible]

VESTINA. Aurunca, et Ausona urbes Ausonum Italiæ populorum fuere: Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 234.

VADIMON Hetruriæ lacus est, ubi L. Papyrius Cursor Dictator à Q. Fabio Maximo dictus habuit statiua contra Hetruscos cum exercitu infestus: Sab. l. VI. Enn. 4. fol. 235.

VALERIA lex à M. Valerio consule fuit lata, nequis ciuem ad populum prouocantem uirgis cædere, aut securi necaret. quod siquis fecisset, id improbè factum uideretur. Sab. l. VII. Enn. 4. fol. 238.

VRBES Aphricæ in montibus sitæ non sunt, sed in planis, et humillibus locis sine munitionibus ut Villæ, ac uici iacent. unde accidit, ut Agathocles tyrannus Siciliæ Africa potitus sit. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 249.

VIVERE cum incipimus, tunc morimur. Sicuti ait Theophrastus. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 251.

VISVS adeo acutissimi fuit Strabo, ut à Lilybeo Siciliæ promontorio naues ex portu Chartaginis egredi uideret, ac numerum experiret. CXXVII. millibus passuum Lilybeum à Chartagine distat. Sab. l. IX. Enn. 4. fol. 254.

VELINA fuit una ex tribubus Romanis, et illo anno reliquis addita est, quo Phalisci à Q. Lutatio, et Manlio coss. uicti sunt, ac Ennius poeta Tarenti ortus est. Sab. l. 9. Enn. 4. fol. 258.

VELITES vocantur pedites, qui equoni eloni-cati post equites sedentes in aciem deferuntur, atque ubi ad partem alii propius hostem sunt, ... ab equis desiliunt, et cum hoste dimicant. Velitares hastae vocantur, quibus ij utuntur. Q. Naevius centurio Romanorum id reperit dum Capua obsideretur, et hoc aster Annibalem vicit. Sab. l. 5. Enn. v. fol. 289.

VIRTVTIS aedem M. Marcellus ad portam Capenam eo anno dedicavit, quo Scipioni prorogatum Siciliae Imperium est. Sab. l. 5. Enn. v. fol. 299.

VERGA, et VFFVGVM | Civitates Bruttij fuere, quas Cn. Servilius consul in ditionem recepit, cum Annibal ex Italia in Africam apud Carthaginem redit. Sab. l. v. Enn. v. fol. 302.

M. VETILIVS Praetor in Hispania fuit, quem Viriatus cepit fuso fugatoque eius exercitu. Sab. l. 9. Enn. v. fol. 333.

VXOR ~~Tyb.~~ Sempronij Gracchi fuit Cornelia superioris Africani filia. eam tantopere Gracchus dilexit, ut, dum duo angues in eius lecto forent deprehensi et auspicibus ambo dimitti prohiberentur, sed ex his alterum interficiendum censerent, affirmarentque futurum, ut si masculus missus esset, Cornelia prior moreretur, contra Gracchus prior interitumus, si foemina dimitteretur. Gracchus dixerit, mittatur foemina, ut superstes sit Cornelia, mihi maiori natu. atque sic accidit, ut ipse non multo post sit defunctus vita.

XII. filiis, quos ex Cornelia tulerat, superstitibus,
quos mater tanta coluit pietate, adeoque
defuncto uiro in amore respondit, ut Ptole=
maei regis nuptias respuerit, pluris que
matrimonium fecerit, quam diadematis oblati sepulti uni
sed ceteris pusilla aetate amissis tres specimen liberi ex
tam numerosa sobole adolauere, uiuis stirpis duo
et filia una Sempronia, quae minori Africano
nupsit. Gracchorum maior Tyberius pacatiore
uultu, ingenioque fuisse traditur contra Caius
minor natu, uehementi spiritu, et facinorosio.
uaria itaque illis actio, uarium dicendi genus.
Tyberius uerecunde, decoreque locum ab initio occu=
patum inter agendum seruabat. Caius perpetuo
inambulabat, togam ab humeris dissoluere, quem
duo primus Romanorum inter agendum factitasse
dicitur, recteque ut Cleones apud Athenienses.
Tubar in illo serena, et ad misericordiam aptus
in hoc terribilis, et ad rixam promptior, ut saepe
dicendo ita efferretur, irritaturque ad iurgia,
et maledicta prorumperet, perturbaret etiam
institutam orationem. in cuius rei remedium Lici=
nium seruum a manu haud insulsum post se
cum ageret, habere sit solitus, ut quoties in iram
prouectus esset, ac modum excederet, praeterque
decorum praeceps raperetur, tenui modulatoque fistula=
concentu monitus ad actionem magis compositam
reuocaretur. Sab. l. 9. Enn. v. fol. 335

C. VILLIVS uir Romanus fuit, et Tyb. Gracchi
teq in promulgatione legis Agrariae sectatus est.
unde post eundem Gracchi iussu patrum culeo insu-
tus est, atque in profluentem deiectus. Sab. l. 9.
Enn. v. fol. 336

VACCA fuit urbs Africae, cui Turpilius collati-
nus Praetor Romanorum, bono ... oppidani Iugurthae
precibus fatigati praesidium Romanorum obtruncarunt.
Turpilius

Ex Sab. ab urbe cōdita.

Tungilius praesidij praefectus ... oppidum incolumis duxit qui postea iussus a Metello ... qui oppidum recuperauit, cum diceret tanquā cuius culpa aut ignauiā capite poenas luit. Sab. l. 2. Enn. sexta fol. 344.

VACCA Taur a Phoenicibus dicitur. hinc Thebina urbs Boeotiae nuncupata est, quod ibi Cadmus bouem immolauerit. Sab. l. 3. Enn. VI. fol. 352. D.

VARINIVS (sicuti Appianus scribit) primus contra Spartacum praefectus est. alij pro Varinio Claudium missum tradiderunt. Iusuper. P.

VORENVS (alij Vatinius scribunt) ad opprimendum ipsum Spartacum cum duobus legatis exercitum ducere fuit iussus, et cum eo congressus victus abijt. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 359. S

VELLERIS aurei, quod Iason dicitur in Colchide rapuisse, fabula hinc orta est. plures auriferi fontes ex Caucaso scatent. locum accolae pelles in ima ciada dimittunt villosasque cum implicitum legunt ita ut uniuersa aurea sit pellis facies. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 363.

VITIS aurea fuit ab Aristobulo rege Iudaeorum Pompeio Magno elargita, quae postea in Capitolio fuit dedita. Terpnos haec vitis ... nominata est. Sab. l. 4. Enn. VI. fol. 364. L

Ex Sab. ab orbe condito.

VINO cruorem humanum Catilina miscuit, bibi potauitque una cum alijs coniuratis. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 365.

L. VARGVNTEIVS Senator fuit Romanus, et una cum C. Cornelio Equite iussus est à Catilina, qui cum coniurauerunt, ut Ciceronis consulis domum officij gratia ingrederentur, ac illum confoderent. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 365.

VESONTIO maximum oppidum Sequanorum Galliae populorum fuit loco ad bellum opportunissimo situm, et Alduasio amne fere circumquaque cinctum; nunc dubio est illi nomen. hoc C. Caesar occupauit, ne ab Ariouisto rege caperetur. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 369.

VEROMANDVI Galliae populi sunt, qui cum Atrebatibus, ac Heruijs ad Sabim fluuium, qui Sambra hodie dicitur, contra Caesarem consedere, ac superati sunt. Sab. l. V. Enn. VI. fol. 371.

Q. VELANIVS uir Romanus, cum Caesare in Gallia militauit, ac Trib. militum fuit. dum enim P. Crassus, qui cum una legione prope Oceanum hibernabat, una cum T. Silio altero Tribuno frumentatum misisset, interceptus fuit à VENETIS Galliae populis Oceani accolis. Sab. l. VI. Enn. VI. fol. 372.

VENETORVM Galliae populorum, cum Caesarem classem deleuit, oppida erant, uelut in peninsulis quibusdam, et promontorijs sita. qua XII. quaquauersum Oceani

Ex Sab. ab orbe condito.

Oceani aestu oia restagnatae in speciem insulam medijs extabant fluctibus, atque ob eam rem neq pedibus, quod aquae prohiberent, neque navibus ob vadosum stagnum aditu facilia. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 372.

C. VOLVSENVS miles fuit C. Caesaris in Gallia. Cuius Caesar eum navi una longa ad explorandum situm Britanniae insulae misit sed Volusenus quinto die, quam a Caesare discesserat, in Galliam reversus ordine exposuit quae fuissent a se loca explorata. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 373.

L. VORENVS, et T. Pullo centuriones fuerunt Q. Ciceronis legati Caesaris in Gallia Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 375

VATVCA fuit castellum Eburonum Galliae populorum, quo Caesar impedimenta contulit, dum Eburones ipse bello persequeretur. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 378.

VRZITA et / oppida fuerunt Hispa-
VLA / niae, quae Iulius Caesar
contra Cn. et Sextum Pompeijs
felicior dimicans cepit. Sab. l. VIII. Enn. VI. fol. 387.

VINNIVS hispaniae moris cultum natissimus, cinsgulam Cantabri populi (...) concessere, dum cor Augustus Caesar sub Belgica oppido vicisset. Sab. l. IX. Enn. VI fol. 406

510. idem Palaestinis regibus erat . . . iunxerat unus Imperatoribus. Sab. l. 5. Enn. VII. fol. 407.

VENETI sunt à Pado ad Tiliauentum, ubi VENETIAE, à Tiliauento ad Natisonem Carni ubi Aquileia, à Natisone ad Arsiam Iapides, et Istri, quorum Tergestum, et Formio amnis aliquando Italiae terminus. Sab. l. 8. Enn. VII fol. 408.

VENTIS praescripsit natura tempora, quibus spirent ac sineret. Sab. l. 2. Enn. VII. fol. 415. diffusius lege in litera C. ubi hac clausula incipit. Circius ventus Narbonensi Galliae.

VOLANDUM Armeniae oppidum, quod Domitius Corbulo Tiridatem Parthorum regem persecutus occupauit, Nerone Imperante. Sab. l. 5. Enn. VII. fol. 417.

VORAX fuit adeo Vitellius Caesar, ut ientaret, pranderet, coenaret, atque à coena comissaretur. tot epularum uicibus sufficiens frequenti uomitu. patinam suam à magnitudine Mineruae clypeum appellabat. proditum est memoriae illi coenae à fratre datae, qua duo millia lectorum piscium, et septem millia auium sint apposita. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 421.

VICI frequentes fuerunt in Galilaea . . . adeo magni, et populosi, ut in singulis . . . minimum . . . incolarum millia. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 421.

Ex Sab. ab Gerbelio condito.

VALLIS hebraice Gabe nominatur, unde Gabesaul, quae est ab Hierosolymis minus quatuor milibus passuum, ac interpretatur Sauli vallis: castra ibi T. Vespasianus Caesar ad obsidendam Hierosolymam fuit metatus. Sab. l. 3. Enn. VII. fol. 423.

VESTEM Traianus Caesar, cum in Dacos exercitum duxisset, ac praelio ingenti barbaros afflixisset, atque ad obligandas Romanorum plagas fasciae desiderarentur, sibi conscidit in eum usum, eumque militibus benigne partitus est. Iis, qui in acie occubuerant, aram constituit et annuas inferias. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 428.

VENATU adeo Adrianus Caesar delectabatur, ~~ut~~ canibus sepulchra dederit, ac ubi ursam fixerat, oppidum constituerit. Sab. l. 4. Enn. VII. fol. 429.

UXOR nomen dignitatis, non autem voluptatis est, sicuti ait Adrianus Caesar uxori eum reprehendenti, quod aliis se voluptatibus addixisset. Sab. l. 4. Enn. VII. fol.

VILLAM in agro Tiburtino Adrianus Caesar tam luxuriose ~~aedificavit~~ extruxit, ut singulis etiam partibus urbium, celebriumque locorum indiderit nomina, ut Licaei, Academiae, Prytanei, Canopum, Tempe, et [videlicet] omnia nomina adessent, inferos etiam finxerit. Sab. l. 4 Enn. VII. fol. 429.

Ex Sab. ab orbis condit.

VOCALIS adeo fuit Pescennius Niger Caesar, ut cum in aperto loqueretur, ad mille passus vox eius audiretur. Sab. l. V. Enn. VII. fol. 435.

VORACITATIS tanta fuit Albinus Caesar, ut Persica centum, decem pepones Ostienses, quingentas ficos passarias, et quadringenta ostrea una coena vorauerit. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 435.

VESTES albae in muliere olim fuerunt lugubres. his vestibus indutae matronae funus Seueri Caesaris circumsteterunt, ut ait Herodianus, et Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 436.

VRANIA dicitur ab Afris Luna, a Phoenicibus Astroarche. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 439. Heliogabalus Caesar Lunam Soli VXOREM dedit, ac eius templo, quod in suburbano suo aedificauerat Lunae simulachrum inferri iussit, quod Dido, cum Carthaginem conderet, sacrasse dicebatur. Sab. ibi.

VINO Euripum Heliogabalus Caesar Romae impleuit, ac ibidem circensibus ludis nauale certamen dedit. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 439.

VESTIMENTA propria ordinibus, et artibus voluit Alexander Mamaeae attribuere, ut ex vestitu dignoscerentur. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 441.

VIRGILIVS Maro ab Alexandro Mamaeae Caesare Plato poetarum vocabatur. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 441.

Ex Sab. ab urbe condita.

VINI amphoram uno die Maximinus Caesar bibebat. et carnis libras XLX. comedebat. Sab. l. VI. Enn. VII. fol. 441.

Vastra fuit urbs Arabiae, ubi natus est Philippus Caesar, qui Gordianum tertium Caesarem interfecit. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 444. Et hic primus Caesarum nomen christi professus est.

VALERIANUS Caesar a Sapore Persarum rege captus est, a quo illi Saporem adeo dicitur illusisse, ut eo uteretur pro scabello equum ascensurus. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 445.

UVAS [illegible] Galienus Caesar toto triennio servavit. ficos virides: et [illegible] fructus ex arboribus semper alienis mensibus dedit, et quae vina nusquam toto anno biberentur, demonstravit. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 446.

VINI [illegible] situlam Firmus seleucia quem Aurelianus Caesar superavit in provocatione bibit, et increpanti compotori quid non fecem non bibisset. terra, inquit fuit, non bibitur. idem Struthionem uno die comedit. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 448.

VORACITATIS portentosa fuit Phagon, sub quo Aureliano Caesar plurimum delectabatur, in convivio ovem uno toto comedit Apri

Ex Sabellico ab orbe condito.

Verucecam unde, et porcellum unum, et cum his panes centum. bibitque per infundibulum cum ornato. Sab. l. VII. Enn. VII. fol. 448.

VNNI populi (ut D. Hieronymus autor est) fuerunt Scythiae, ac sedem habuerunt inter Tanaim, et Massagetas angustiis aspris inclusa atque iam inde ab Alexandri temporibus fera gentem claustris coercitam in nulla celebritate fuisse. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 458.

VENTVS adeo uehemens Theodosio cum Caesare cum Gothis praeliante ortus est, aduersaque hostium ora uerberauit ut uix respirandi spiritus facultas militibus daretur. tantum ualuit in hoc uis illa sed tela hinc missa uiolentius in hostem uehebantur. contra hostilia aduersis flatibus diuerberata ictum nullum perferebant. Vnde illud claudiani est. O nimium dilecte Deo tibi militat aether. Et coniurati ueniunt ad classica uenti. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 459.

VLDINVS, et Sarus duces Romanorum fuere. ac Vnnis, ac Gothis immixti, aliisque gentibus Radagasium regem Gothorum iuxta Faesulas Hetruriae urbem interfecere. dum rerum Theodosius potiretur. Sab. l. 9. Enn. VII. fol. 461.

Ex sabellico ab urbe condita.

XANTICUS mensis Aprilis à Macedonibus vocatur. ab Aegyptijs Parmuthi. ab Hebraeis Nisa. sab. l. 3. Enn. p. fol. xv:

XERXES copias contemplatus, quas in Athenienses, ac Lacedaemonios ducebat, illachrymatus est, quod ante c. annum ad unum essent interitura: sab. l. 2. Enn. 3. fol. 121

Ex Sabellico ab orbe condito

ZENES fuit Hebraeus ex tribu Juda, qui Judaeos à tributo per Cusarsatum regem Mesopotamiae imposito liberauit. Sab. l. 4. Enn. p. fol. 24.

ZOA urbs Africae fuit, quam Battus ex Thora insula Aegaei profectus in Africam condidit circa fontem Apollinis. Sab. l. V. Enn. p. fol. 26.

ZARA Aethiopiae fuit rex, quem Asa Israelitarum, et Abiae regis filius praelio superauit. Sab. l. p. Enn. 2. fol. 58.

ZIOBERIS fluuius est Hyrcaniae qui non una fauce fluit praeceps, [illegible] absorptus post aliquot millia passuum ad auras emersus nihilo mitior Rhidaco miscetur, mixtusque no[illegible] cunctis. Sab. l. V. Enn. 4. fol. 225.

ZANCLE à Siculis falx dicitur, sicuti ait Polybius, ut ait Strabo Siculi zanclia orae loca curua nominabant. Zancle ob id nominata est urbs Siciliae ob curuitatem, quae postea Messana dicta est. Sab. l. VIII. Enn. 4. fol. 250.

ZALA fuit urbs Ponti ubi Mitridates Pharnacis pater Triarium Romanum imperatorem debellauit. Sab. l. VII. Enn. VI. fol. 387.

ZEHOBIA fuit uilla in agro Tyburtino, ubi Zenobia regina post triumphum [illegible]

Ex Sab. ab urbe condita.

Caesaris habuit a senatu Roma
cum filiis habitavit. unde illi nomen inditum est.
Eutropius ait Tarrobia Romae censuisse, ac
ZEHONIAM familiam inde originem
habuisse. Sab. l. vii. Enn. vii. fol. 448.

Sed ubi totam planiciem seruatis ordinibus transmiserunt, ad Italiae urbem peruentum est, quae Emona ab cultoribus uocatur. sita est in extrema planicie ad alpium radices.

Item infra.

Cumque noctem exegissent, partim intra patentes, communesque omnibus domos, partim in planicie ipsa, statim sole oriente ad alpes accesserunt. hi sunt longissimi quidam montes uice murorum Italiae circundati, adeo in altum editi, ut etiam superare nubes uideantur, itaque in longum porrecti, ut uniuersam Italiam comprehendant, laeua ad Tyrrhenum pelagus, dextra ad Ionium usque pertingentes, densis ubique nemoribus infesti, atque angustissimis callibus, et rupium praerupta altitudine, scopulorumque asperitate uix peruij. nonnullis tamen quasi semitis magno ueterum Italorum labore manu factis. Quapropter ingens transiturum illac exercitum formido tenebat, sperantem summa iuga teneri iam ab hoste, multosque non obstructos exitus aditusque prohibendo. neque eis metus de nihilo erat locorum naturam contemplantibus.

Item infra.

Sed ubi planiciem attigerunt, nunciant exploratores maximam Italiae Urbem Aquileiam portas occlusisse.

Julius Capitolinus in Maximinis.

Acrior denique Italiam ingressus est, ubi cum comperisset Maximum contra se missum, uehementius saeuiens quadrato agmine Aemonam uenit. sed prouincialium omnium consilium hoc fuit, ut sublatis omnibus, quae uictum praebere possent, intra ciuitatem se reciperent, ut Maximinus cum exercitu fame urgeretur. Denique ubi primum castra in campo posuit, neque quicquam commeatus reperiret, incensus contra eum exercitus fuit, quod fame in Italia laborasset, in qua post alpes recreari se posse credebat, murmurare primum coepit, deinde aliqua etiam libere dicere. Plerique sane dicunt

ipsam Aemonam uacuam, et desertam esse inuentam à Maximino stulte lætante, quòd quasi tota Ciuitas cessisset, post hoc Aquileiam uenit. &

Idem Capitolinus in Maximino iuniore.

Lupi quingenti urbem simul ingressi sunt, in quam se Maximinus contulerat, plerique dicunt Aemonam, alij Archimeam, certe quæ deserta à ciuibus uenienti Maximino patuit. &

Ptolemæus lib. secundo tab. Europæ quinta Emonam inter urbes Pannoniæ his uerbis collocat. in limite Italiæ sub Norico iterum Pannoniæ Ciuitas Emona.

Plinius libro III. hist. naturalis Cap. XVIII. d' Aemona ita meminit. Nullus (inquit) amnis ex Danubio in mare Adriaticum effunditur. deceptos credo, quoniam Argonauis flumine in mare Adriaticum descendit. nec procul Tergeste, nec iam constat quo flumine. h umeris transuectam. Alij diligentiores tradunt, subisse autem Istro, deinde Sauo, dein Nauporto, cui nomen ex ea causa est inter Aemonam, alpesque exorienti.

Idem Plinius eodem libro Aemoniam Claudiam inter Noricos. Aemonam uerò coloniam inter Pannoniæ urbes annumerat. uerba Plinij cap. XXIIII. hæc sunt. Rhætis iunguntur Norici. oppida eorum Virunium, Celeia, Teurnia, Aguntum, Viana, Aemonia Claudia, Flauium soluense. &

Idem Cap. XXV. eiusdem libri. Ad septentriones Pannonia uergit, finitur inde Danubio. in ea colonia Aemona, Siscia; amnes clari, et nauigabiles, in Danubium fluunt, Drauus è Noricis uiolentior, Sauus ex alpibus carnicis placidior.

Antoninus Augustus in prouinciarum itinerario Aemoniæ meminit, ab eaque iter per Sisciam Sirmi usque sic describit

Item ab Aemonia per Sisciam Sirmi usque M. P. CCCXI. sic

Praetorio Latouicorum M. P. XXXIIII.

Nouioduno M. P. XXXI.	Petentino M. P. XXV.
Quadrata M. P. XXVIII.	Leucono M. P. XXVI.
Siscia M. P. XXIX.	Cirtisa M. P. XV.
Variano M. P. XXIII.	Cibalis M. P. XXII.
Menneianis M. P. XXVI.	Ulmos M. P. XXXII.
Incero M. P. XXVIII.	Sirmi M. P. XXVI.

De Siscia, et Sirmio Plin. cap. XXV. libri III. meminit, ubi Pannoniam describit. uerba Plinii supposuimus, quae sunt haec. Insula in Sauo Metubarris amnicarum maxima. praeterea amnes memorandi Colapis in Sauum influens iuxta Sisciam gemino alueo insulam ibi efficiens, quae Segestica appellatur. alter amnis Bacuntius in Sauum Sirmio oppido influit, ubi ciuitas Sirmiensium, et Amantinorum.

Sabellicus de uetustate Aquil. l. primo Glemonam constituit ad montium radices, lib. tertio aut. ubi d'aduentu Maximini Caesaris ad Aquil. meminit, ne unum quidem uerbum facit, quod Maxim. ad eam cum exercitu peruenerit. praeterea in munitione Sontiaca illius mentionem facit hoc carmine, Austria sensit onus, quique aspera rura Glemonae, Tarcenti qui saxa colunt.

Paulus Diaconus cap. XII. libri IIII. de Glemona meminit his uerbis. Communiuere se quoque Langobardi et in reliquis castellis, quae iis uicina erant, hoc est, in Cormona Memaso, Osopio, Artenia, Reunam, Glemona, et etiam in Biligo, cuius positio inexpugnabilis omnino extitit.

Blondus Forolieniensis d'Italia illustrata Glemonam nominauit, et urbem antiquam esse ait, et historias Gothorum d'illa mentionem facere.

Idem ait (quod alibi nusquam legisse memini) Aemoniam esse urbem Istriae mari proximam, et nunc ciuitatem nouam dici, prope quam Naupertus fluuius, qui hodie quietus appellatur, Adriatico miscetur.

Joannis Candidus lib. primo Glemonensium simpliciter recen-
set. libro aut secundo ... Capitolinum ...
quod Aemonam et Glemonam sit eadem. Candidi verba sub
Maximinus profectionem in Italiam e Germania cum
maximo exercitu edixit, qui postea quam ad Italia ...
bem Aemonam pervenit in extrema planitie ad alpium
radices sitam non longe ab oppido Castellia, ubi Max
milianus Episcopus martyrium passus est, cuius corpus
in aede Piranensi veneratur. Eam autem urbem non
Aemonam, sed Aemonam aliud oppidum Capitolinus
appellat, castrametatumque Maximinum in campo ...
tam, et Aortonam dicit, cui sua locorum nomina ...
vigentia adstipulantur.

Candidus Aortonam vocat quam Capitolinus in Maxi-
mo ... Archimeam nominavit.

Quòd Aemonia dicatur Thessalia, omnes Geographi con-
sentiunt, et nemo est adeò imperitus, qui nesciat. Sed
de his hactenus.

Sporenus.

De Josepho Sporino

Gio. Franc. Palladio P. II. p. 177, all'anno 1556.
Giuseppo Sporeno Udinese Poeta celebre di quei tempi e
curioso indagatore delle cose antiche del Friuli.